
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00472057 9

Rev C.B. Long

IOANNIS IACOBI REISKE

MED. DOCT. ET LINGVAE ARAB. NVPER
PROF. LIPS

ET

IOANNIS ERNESTI FABRI

PHILOSOPHIAE ET LINGVARVM ORIENTAL
NVPER PROF. IENENS

OPVSCVLA MEDICA
EX MONIMENTIS
ARABVM
ET
EBRAEORVM.



ITERVM
RECENSVIT PRAEFATVS EST
VITAS AVCTORVM
INDICEMQVE RERVM
ADIECIT

CHRISTIAN. GODOFRED. GRVNER
MEDICINAE DOCTOR

SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS ET ISENACENSIS
A CONSILIIS AVLAE BOT. ET THEORET. IN VNIVERS
LITTERAR. IENENSI PROF. PVBL. ORD. FACVLT. MED
ASSESS. ET H. T. DECANVS ACAD. CAES. NAT
CVRIOS. ET ELECT. MOGVNT. SCIENT. VTIL
SODALIS SOCIET. LAT. IEN. SODAL
HONORAR



HALAE
APVD I. I. GEBAVERI VIDVAM ET FILIVM
MDCCLXXVI.

FEMINAE LECTISSIMAE

ERNEST. CHRIST

REISKE

INGENIO ET DOCTRINA

POLLENTI

OMNI VIRTVTVM GENERE

INSIGNI

CORPORIS DOTIBVS

CONSPICVAE

HINC

IN ORNAMENTVM ET DECVS

SEXVS SVI NATAE

HAEC

BEATI MARITI

ET AMICI INTEGERRIMI

OPVSCVLA MEDICA

D. D. D.

EDITOR.



PRAEFATIO.



Cogitanti mihi litterarum Arabicarum fata et viciſſitudines, quas maiorum patrumque memoria ſubierunt, mirandum profecto eſt, quid ſit, quod hodie negligantur illae habeanturque contemtui a medicis noſtris ſic, vt, ſi quis eorum ſtudium laudare ac commendare velit, ridiculus homo eſſe videatur, et ſe argumentis munire debeat. Conſtat vero inter omnes, cum Europae tenebrae Cimmeriae offuſae putarentur, Arabes fere ſolos litterarum bonarum ſtudia tractaſſe, ſcholas aperuiſſe, veteres ſcriptores, cum maxime Graecos, in vernaculam ſuam et Syriacam transtuliſſe, praeſtantiſſimos in aſtronomia, re

 ma-

mathematica et philoſophia naturali fuiſſe, in quouis litterarum genere viros claros habuiſſe, et cum maxime *medicos:* Quorum cum intereſſet, artis ſuae pomoeria proferre, omnem mouerunt lapidem, vt haberent arabice loquentes HIPPOCRATEM, ARISTOTELEM, GALENVM cet.

Sunt quidem (fatebor enim) iſtae Arabum verſiones mancae et haud raro vitioſae, vel quia ii, qui his conficiendis ſuam operam nauabant, non ſatis graece docti fuiſſe videntur, ideoque auctores ſuos interpolarunt, pro lubitu mutarunt, adiecerunt, detraxerunt, ſecuerunt, vſſerunt, nec ſenſum ſemper aſſecuti ſunt; vel quia medici barbari, qui latinos fecerunt Arabes, nec arabice, nec latine loqui didicerant; negari tamen non poteſt, multa veterum fragmenta et placita, quae hodie nuſpiam extant, iſtorum hominum diligentia et ſtudio eſſe conſeruata.

Accedit, quod Arabes medici, non contenti hac adſcititia et peregrina Graecorum ſcientia, multa hinc inde addiderunt, quae fruſtra apud anteceſſores quaereres. Ecquis enim tam hoſpes atque peregrinus in hiſtoria litteraria [a]) eſt, vt neſciat, Arabes rem herbariam ſedulo coluiſſe, in corporum naturam et vim inquiſiuiſſe, chemiam vtramque, quae in

a) cf. Ill. HALLERI Bibl. Bot. T. I. p. 171. ſeq. et Bibl. Chirurg. T. I. p. 115. ſeq.

in metallis conflandis ac medicamentis parandis verſatur, tractaſſe, medicamenta noua et inueniſſe, et ſub varia forma adhibuiſſe, medicinam clinicam et chirurgiam diligenter exercuiſſe, nouaque morborum genera, veteribus incognita, certe non deſcripta, ad viuum deſcripſiſſe, litterisque conſignata reliquiſſe, vt haberent poſteri, in quos, tanquam exempla, intuerentur, quosque imitando adſequi ſtuderent? Haec exemplis probare vix opus eſt: Attamen ne quid temere dixiſſe videar, pauca in argumenti fidem addidiſſe ſufficiat.

Sume medicum Arabem, quemcunque velis, et multa inuenies medicamenta ſimplicia [b]) noua, et, quoad vires, curatius deſcripta, plurimas quoque confectiones, quas non exitio, ſed ſaluti hominum quaeſitas eſſe exiſtimes. Sic Arabes primi meminerunt lenium purgantium, puta, *rhei*, *pulpae tamarindorum et caſſiae*, *mannae*, *foliorum ſenae*, *mirobalanorum*, *camphorae*, *ſacchari cocturae* [c]), quod melli veterum praeferendum duxerunt, eiusque miniſterio *ſyrupos*, *iulepia*, *conſeruas*, *herbarum et fructuum condituras*, *electuaria*, *confectiones* rel. compoſuerunt. Deinde primi commemorarunt *aromata* varia, *nucem*

 moſcha-

b) v. IO. MESVE De Re Med. Lugdun. 1548. cf. IO. LANGII Epiſt. Med. l. 64. p. 316 ſeq.

c) cf. NEANDER De Medic. Laud. et Orig. p. 117 ſeq.

moſchatam, *caryophyllos aromaticos*, *deſtillationum* et *ſublimationum* quaedam genera, *ſpiritus*, *olea aetherea* cet. Quibus artificiis prudenter adhibendis quantum commodi in artem redundarit et etiamnum redundet, vel me non monente, optimus quiſque intelligit. Tandem *medicamenta chemica*, etſi numero pauca, in medicinam introduxerunt, quippe *chemiam* cum *vulgarem*, tum *ſublimiorem*, quam vulgo *Alchemiam* appellant, pertractaſſe putantur.

At, inquiunt, Arabes formulas iuſto longiores ſectantur. Etiam haud raro Graeci. Gemmas et lapides pretioſos, auri et argenti folia, in vſum vocarunt. Audio. Sed haec etſi laudanda nullo modo ſunt, tamen ex vitio ſeculi aeſtimari diiudicarique debent, quo medicamenta fulgida magnam vim atque poteſtatem habere credebantur ad priſtinam ſanitatem retintegrandam. Quae ſi vna contemtus cauſſa foret, profecto et maiores noſtri, et multi recentiorum etiamnum ridiculi habendi eſſent, quippe nec hodie deſunt, qui *ſpecificum cephalicum* MICHAELIS, tanquam ſacram anchoram, impenſius commendent.

Praeter haec *chirurgia* ab Arabibus, prae primis ALBVCASE [d]), haud leuia incrementa cepit, vt cuiuis, eius opera legenti, patebit. Is enim primus inſtrumenta varias-

d) Vide Ill. HALLERI Bibl. Chirurg. T. I. p. 137 ſeq.

riasque cautiones curatius descripsit, et figuris adumbrauit, itemque eam *mulierum lithotomen*, in qua recentiori aetate ceteris antecelluit RAVIVS, docte demonstrauit. In *medicina* vero *clinica* sempiterna eos laus atque honos manebit, quod et Graecos duces atque magistros secuti sunt, et naturae mysteriis rite initiati, noua identidem addiderunt; quod purgationem alui lenem fortiori Graecorum anteposuerunt, certe minorem dosin et remedia tutiora adhibuerunt; quod venae sectionem non damnarunt, nisi temerariam, quam in ipso trienni puero instituit AVENZOAR; quod abstrusiores morbos v. c. apoplexiam e), hydrophobiam, articulorum affectiones, morbum coxarium, cancrum, ignem persicum, venam Medinensem f) et bouinam cet. acutissime indagarunt, variam curationis viam et rationem docuerunt, et euenta dextre praesagierunt. Immo vero et nouos morbos descripserunr, puta, variolas g), morbil-

a 5 los

e) Vid ap. HAEN Rat. Med. T. XIII. c. 3. p. 274. ex Bibl. Arab. Hispano-Escurial. T. I. p. 366. allatum exemplum TABETHI BEN CORAH.

f) cf. GE HIER. VELSCHII Exerc. De Vena Medinensi, Aug. Vind. 1674. et quae in Morb. Antiquit. Sect. II. n. 10. p. 216 seq. ex scriptoribus Arabibus congessi.

g) Vid. RAZES De Variolis et Morbillis, ed. CHANNING: EBN SINA Can. L. IV. Fen. I. Tr. IV. c. 12. p 76. ed. *Iunt.* AVERROES vero ap. FREIND. Hist. Med. p. 255. docuit variolas non, nisi semel hominem inuadere. Potio-

los et rubeolas, ſpinam ventoſam [h]), inflammationem et abſceſſum mediaſtini [i]), pericardii abſceſſum et cum corde concretionem [k]), bronchotomen gulaeque relaxationem [l]), lepram Arabum [m]) rel.

Ex his, quae adhuc commemoranda duxi, facile colligitur, non ſpernendos adeo eſſe Arabes, vt multis videtur. Latent enim in iſtorum monimentis bona, etſi non ſatis matura et hinc inde diſperſa, artis medicinalis ſemina, neque virum decet, laboris taedia fugere, vel horridis incomtisque verſionibus, quales exſtant, deterreri, modo ſpes aliqua ſupereſt, fore, vt hoc ex fonte turbido quidam ſapientiae riuuli puriores deducantur.

Quare cum noſtra aetate nec liceat medicis Arabes commendare, quia meliores doctioresque duces habent, quos diurna nocturnaque manu, vt poëta ait, verſare poſſint, neque opus ſit, quemque eorum iſta laboris taedia deuorare, et roſas inter ſpineta quaerere; tamen ob multa Arabum in medici-

Potiora excerpta dedi in *Morb. Antiqu.* Sect. I. n. 1. p. 47 ſeq.

h) Primus deſcripſ. RASES Contin. L. XXVIII.

i) AVENZOAR c. 63. et 65. qui, vt recte FREIND l. c. monuit, malum illud ad viuum deſcripſit, ſignis diagnoſticis additis.

k) Ibid. c. 52.

l) Ibid. c. 41.

m) cf. meas Morb. Antiquit. Sect. II. n. 7. litt. H. p. 180 ſeq.

dicinam merita et inuenta in votis eſt, exſurgat tandem aliquando aliquis arabice doctus et artis medicae ſciens, qui vel principes denuo latine vertat, vel potius, me quidem iudice, ex hiſce reliquiis [n]) propria et optima quaeuis ſeligat, atque vno volumine omnem Arabum, per tot ſecula clariſſimorum, medicinam comprehendat, vt, quantum pretium bonis illis hominibus ſtatuendum ſit, quisque intelligat.

Poterat illud negotium, ſi quis alius, omnium optime Cl. REISKIVS, celebritate famae et linguae Arabicae cognitione vel exteris notiſſimus, conficere: Quem niſi fata maturius abſtuliſſent, ſpes erat, futurum, vt hortatu meo quasdam medicorum Arabum verſiones daret. Memini enim, me ei paullo ante, quam diem obiret, auctorem ſuaſoremque eſſe, vt EBN SINA potiſſimum eligeret, quem omnes olim admirati ſunt, et, ſi tanti videretur, eam verſionem peruetuſtam limae ſubiiceret, cuius codex Mſt. [o]) in bibliotheca Ienenſi publica extat, a Cl.

n) cf. Clar. SCHEID. Or. De fontibus litterat. Arab. apertis, in vſum diſciplinar latius multo recludendis, Harderov. 1767. et recuſ. in Cl. OELRICHS Belgii Litt. Opuſc. Hiſt. Philol. Theol. T. I. n. 3

o) Eſt iſte cod. membran. ſeculi XIV. lineis ſubductis et zifris arabicis. A latere ſcriptum eſt: *Iſte auiſcenna debet dari monachis ceſarie cum decreto:* In fine adduntur quaedam confectionum formulae, cuiusdam AMETI, filii ISAAC.

a Cl. MVLLERO perhumaniter mecum communicatus. Sed mortis interuentu ſpes decollauit, et equidem poſthaec curatius luſtrando codicem, inueni vel ad minima eandem eſſe verſionem, quam GERARDVS CREMONENSIS dedit, et expreſſam Baſil. cIↄIↄLVI. per IO. HERVAGIVM legeram.

Dolendum profecto eſt, Cl. REISKIVM, dum viueret, huic ſe ſubtraxiſſe negotio; cuius cauſſas iam repetere obductamque vulneri cicatricem refricare nolo, ne cui iniurius eſſe videar. Fuit enim omnium, quos equidem noui, hominum doctorum laboris longe tolerantiſſimus, litterarum veterum, graecarum, latinarum, arabicarum, amantiſſimus atque ſcientiſſimus, ſalutis publicae, in primis litterariae, ſtudioſiſſimus, vt, modo ſemel ſtaret ſententia, eum ab coepto opere nec famae maculae crebrae deſiſtere cogerent, neque inuidioſorum, quos domi foriſque habuiſſe conſtat, tela et conuicia deterrerent, nec ſanitatis vigor amiſſus abſtraheret, neque denique opum et ſumtuum, quos in oratores graecos inſumſerat, iacturae haud leues retardarent. Praeter haec ei inerat animus probus, incredibile amicorum commodis inſeruiendi ſtudium, mira modeſtia, eaque meriti alieni exiſtimatio, vt ſibi ſemper diffideret, niſi amici eum bona quae-

vis

vis ſperare iuberent. Quae mentis aegritudo vt a corporis vitio praecordiorumque labe vnice dimanat, ita etiam ſola medicorum opera fuganda eſſe creditur. Sed ſciunt artis periti, quam raro in id genus homines ars aliquid valeat. Qua de re Cl. REISKIVS, multis abhinc annis pectore praecordiisque aeger, corpus macie confectum aegre trahens, vitaeque vmbraticae deditus, in conſortio veterum ſcriptorum conſenuit, ideoque mors eum non otioſum, ſed inter corporis cruciatus animique angores labores ſuetos, quoad eius fieri poterat, ad extremum halitum ſuſtinentem offendit.

Vitam magni REISKII nuper dexterrime conſcripſit Cl. ECKIVS p); quo narratore pereleganti quia forſan multi deſtituuntur, quorum intereſt, plura noſſe, quam quae rumore perceperant, placet eam quaſi delibare talemque exhibere, qualem optima optimi viri vidua, ſexus ſui decus et ornamentum, mecum perhumaniter communicandam cenſuit.

IOANNES IACOBVS REISKE, Sorbigas-Saxo, natus fuit anno cIↃIↃCCXVI. die XXV. Decembr. et vbi aetatis annum decimum attigerat, in vicum *Zöſchen*, non procul

p) In Cl. HARLESII Vit. Philolog. noſtra aetate clariſſ. Vol. IV. Spes etiam ſupereſt, fore, vt Ill. LESSINGIVS vitam REISKII, ab REISKIO ipſo compoſitam, propediem litteris tradat.

cul a *Martisburgo*, transportatus, in contubernium filii, quem MEISNERVS, verbi diuini minister, habebat, receptus et fideliter institutus. Quo ex loco a. cIↄ Iↄ CCXXVIII. in orphanotropheum Halense defertur, et, quinquennium ibidem commoratus, Lipsiam se confert litterarum caussa. Sed hic idem, quod multi adolescentes, in athenaea delati, fatum expertus est, quod sine moderatore ac duce litterarum studia auspicaretur, eaque re factum est, vt quodam quasi impetu et amore prorsus singulari abreptus, linguam Rabbinicam et Arabicam non tantum addisceret, verum etiam immemor, quam sibi curta supellex sit, tanquam alter heluo, iam inde ab a. cIↄ Iↄ CCXXXVI. quo et a WOLFIO Hamb. codicem Mst. HARIRI mutuum acceperat, omnes Arabes impressos studiosissime perlectos, et biennio post coëmtos possideret. Hinc per iocum se *litteraturae Arabicae martyra* dicere solebat. Tandem a. cIↄ Iↄ CCXXXVIII. Belgium adiit, sitim ex ipsis fontibus restincturus, et a Cl. WOLFIO, quem in itinere inuisit atque amicitiae Reimarianae, non, nisi morte finiendae, auctorem habuit, DORVILLIO de meliori commendatus: qui eum non tantum amore singulari prosecutus est, verum etiam stipendio sexcentorum florenorum annuo fouere ac retinere tentauit, vt haberet, cui bibliothecae curam tradere

tradere poſſet. Sed is repulſus abiit. Abnuit enim REISKIVS conditiones, ingenue profeſſus, ſe non lucri, ſed arabicarum litterarum cauſſa huc commigraſſe; velle ſe Lugdunum Batauorum, vrbem codicum Mſt. arabicorum longe affluentiſſimam, concedere, ibique ſitim explere ac exſatiare. Quo vbi peruenit, dura cum paupertate conflictatus, victuque tenui vſus, vitam miſeram traxit, priuatim linguam graecam docendo, et operarum vitia expungendo: qua in re quam accuratus fuerit, HESYCHIVS, quem Cl. ALBERTI recudi curauit, ſatis ſuperque docet. Plurimum hic loci ei profuit Cl. SCHVLTENS auctoritas atque fauor, quo effectum eſt, vt REISKIO venia codicum arabicorum, quibus bibliotheca Leidenſis affluentiſſima eſt, daretur, eaque ita vſus eſt, vt quinquennium non, niſi deſcribendis iis conſumeret, eosdemque ordinaret ac recenſeret, quid? quod DORVILLII rogatu CHARITONI, intra menſem deſcripta verſionem latinam adderet. Interea rerum fama eius ſic percrebuit, vt conrector alicubi nominaretur: ſed ſpreuit conditiones, et Cl. SCHVLTENS admonitu tribus vltimis vitae academicae annis in phyſicam, medicinam, in primisque anatomen, ſic incubuit, vt et optimos artis profeſſores, MVSCHENBROEKIVM, ALBINVM, GAVBIVM,

ROYE-

ROYENIVM, diligenter audiret, eosque ſibi obſequio deuinciret, et magni SCHVLTENS commendatione a. cIↄ Iↄ CCXXXXVI. doctoris nomen et honores gratis reportaret. Hinc Lipſiam redux et ab artis medicinalis exercitio propter nimiam timiditatem abhorrens, anno ſequenti profeſſor linguae Arabicae modico centum imperialium ſtipendio nominatus eſt. Ceteris vitae neceſſitatibus ſuccurrere debuit bibliopolis operam ſuam collocando, libellos gallicos vertendo, nouos in ephemeridibus litterariis, Act. Erud. et Miſcell. Lipſ. Bibl. Britt. rel. indicendo, operibus indices attexendo, eaedemque eum ſine dubio coëgerunt, vt a. cIↄ Iↄ CCLVIII. rectoris ſcholae, quae ad S. NICOLAI eſt, nomen et moleſtias ſibi imponi pateretur. Matrimonium a. cIↄ Iↄ CCLXIIII. iniit cum ERNESTINA CHRISTINA, ex gente MVLLERIA, in qua, incertum eſt, vtrum plus miranda ſit ſapientia MINERVAE aemula, an corporis forma. Quam ſtudiorum comitem ac ſociam nactus, biennio interiecto, oratores graecos edi curauit, magnum mehercle opus et aleae pleniſſimum, quippe citra emolumenti ſpem opes ſuas in eos inſumſerat, iisque deinde ARISTIDES, DIONYSIVS HALICARNASSEVS, PLVTARCHVS, MAXIMVS TYRIVS, LIBANIVS, ſucceſſerunt.

Quibus

Quibus cogitationibus, laboribus, negotiis, quae amplificandae rei litterariae dicarat, et rei domesticae angustia, quam per magnam vitae suae partem sustinuerat, frangi debebant et prosterni corporis vires, praesertim si meminerimus, eum infirmo a teneris fuisse corpore, vnaque somno parco et insomniis interturbato vsum, item dolore capitis continuo et neruorum distentione crebra diuexatum, cum maxime oculi, qui haud raro quasi distortus et intus retractus videbatur. Accedebat melancholia hypochondriaca, a cuius furiis agitatus et interdiu, et noctu angebatur incredibiliter, et salutem haud semel desperabat. Tandem circa dies festos paschatis a. cIↃ IↃ CCLXVII. vehementi ira et indignatione accensus, e ludo in lectum migrauit, eidemque affixus sensit valitudinem sic immutatam, vt tota fere aestate opus esset ad vires quodammodo instaurandas. Omnes enim nunquam resumsit, sed ab hoc tempore corporis habitus sensim marcescere tenuarique coepit. Superaccessit a. cIↃ IↃ CCLXXI. sub primi veris aduentum tussis magna, sicca, conuulsiua, et sub auspiciis mensis Augusti a. cIↃ IↃ CCLXXIIII. symptomata ingrauescere ac diarrhoeae colliquantes pessimo cum omine vrgere visae sunt, donec tandem die XIIII. Aug. summo mane, hora quinta, diem suum placide obiret.

Poſtero die eius medicus, Cl. POHLIVS, corpus inſecuit, quia defunctus paucis ante mortem diebus iuſſerat, vt caput aperiretur propter acerbos capitis dolores, quos, adoleſcens cum maxime, tolerarat, itemque veſica et meatus vrinarius, propter ſtranguriam continuam: Quae obſeruarit medicus, ipſo verbis praeeunte, paucis indicabo.

Inciſis capitis integumentis, multa ſeroſi humoris copia, vncias binas circiter aequans, effluxit. Caluaria cum dura matre ita concreverat, vt non, niſi magna cum vi et inſtrumenti eleuatorii miniſterio diuelli poſſet. Eadem erat ſinus longitudinalis et durae matris concretio (hic enim cephalaeae crudeliſſimae ſedes): quae etiam magnam ſeri vim plorauit. Superficies piae matris erat pallidiuſcula, vaſculaque eius continebant ſerum, a cruore diſtinctum. In hemiſphaerio ſiniſtro verſus ſinum falciformem abſceſſus magnitudinis modicae reperiebatur. Quoad internas cerebri partes, plexus choroideos inueni pallidos, collapſos, et quaſi exſiccatos; in ventriculis anterioribus, prae ceteris tertio, ſerum multum, quarto vacuo; nervos opticos nec naturali magnitudine praeditos, nec colore iuſto, ſed magis liuido; cerebellum et adiacentes partes formam naturalem indutas. Quoad pectus, conſpiciebatur lobus ſiniſter omni ſua ſuperficie vſque ad diaphragma

cum

cum pleura et mediaſtino coalitus, ſubſtantia vero eius indurata, et cum in ſuperficie, tum intus vomicis referta, quarum aliae diruptae, aliae integrae erant: Contra dexter lobus immunis fere ab tali labe erat, et non, niſi leuiter hinc inde concretus. Quoad viſcera abdominis, haec memoratu digna videntur. Ventriculus erat e ſitu dimotus deorſumque depreſſus, paruus et contractus; inteſtina vehementer conſtricta talique anguſtia, vt nonnullis in locis vix tenuis calamus ſcriptorius tranſigi poſſet. Flexura coli et ſigma romanum ſiniſtrorſum deorſumque preſſum, figurae et poſiturae ſuetae expers: hepar praemagnum, glandula proſtata et bulbus vrethrae proxime ad collum veſicae ita anguſtatus, vt humoris obſceni, dum exprimebatur, meatus vix craſſitudinem feſtucae referret. Hactenus Cl. POHLIVS.

Sequitur, vt et codices Mſtos, quos ſibi REISKIVS noſter comparauit, latinisque verſionibus inſtruxit, et libros a ſe editos, diligenter commemoremus. Illos bibliothecae Guelpherbytanae legato deſtinavit, copia et pretio inſignes; quorum nomina et argumenta quia ſcimus a Cl. LESSINGIO propediem in vulgus datum iri, ex lectiſſimae viduae ſchedula iam adferre non lubitum eſt: Hos vero et multos, et do-

ctiſſimos eſſe, quis eſt, qui neſciat? Scripta q) eius potiora ſunt:

1) TARAPHAE MOALLAKAH *cum ſcholiis* NAHAS, *arabice edidit, vertit, illuſtrauit, Lugd. Bat. 1742. 4.*

2) *Miſcellaneae aliquot obſeruationes medicae ex Arabum monimentis* r), *Diſp. Inaug. Lugd. Bat. 1746. 4.*

3) ABI MOHAMMED EL KASEM, *Baſcenſis, vulgo* HARIRI, *conſeſſus XXVI. Rakda ſ. varieg. dictus, e cod. mſct. cum ſcholiis arabicis, edidit et vertit, Lipſ. 1747. 4.*

4) *De principibus Muhammedanis, qui aut ab eruditione, aut ab amore litterarum claruerunt, Lipſ. 1747. 4.*

5)

q) Vid. de his, ſi placet, Cl. ECKIVM l. c. et Cl. MEVSEL. in HAMBERGERI *Gelehrt. Deutſchland.*

r) Huius libelli nouam editionem ipſe REISKIVS molitus eſt a. 1747. ſed poſthaec neglectus iacuit, donec nunc demum noſtra opera ille prodit.

5) *De Arabum epocha vetustissima*, *Sail ol Arem*, *i. e. ruptura catarractae Marebensis dicta*, *Lips.* 1748. 4.

6) CONSTANTINI PORPHYROGENNETAE *libri duo de cerimoniis aulae Byzantinae*, *graece et latine*, T. I. II. *Lips.* 1751-54. Fol.

7) *Animaduersiones ad* SOPHOCLEM, *Lips.* 1753. 8.

8) *Animaduersiones ad* EVRIPIDEM *et* ARISTOPHANEM, *Lips.* 1754. 8.

9) *Anthologiae graecae a* CONSTANTINO CEPHALA *conditae libri tres*, *duo nunc primum*, *tertius post* IENSIVM *iterum editi*, *cum latina interpretatione*, *commentariis et notitia poëtarum*, *Lips.* 1754. 8.

10) ABVLFEDAE *Annales Moslemici*, *latinos ex arabicis fecit*, *Lips.* 1754. 4.

11) THOGRAIS *ſogenanntes lateiniſches Gedicht aus dem Arab. überſezt, nebſt einem Entwurf der Arab. Dichterey, Friedrichſtadt 1756. 4.*

12) ABVLWALIDI *Riſalet ſ. Epiſtolium, arabice et latine, cum notulis, Lipſ. 1756. 4.*

13) *Animadaerſiones ad graecos auctores Vol. I-V. Lipſ. 1757-67. 8.*

14) *Sammlung einiger Arab. Sprüchwörter, die von Stäben hergenommen ſind, Leipz. 1758. 4.*

15) M. TVLLII CICERONIS *Tuſculanarum Quaeſt. Libri V. acc. libellus var. lect. et animaduerſ. Lipſ. 1759. 12.*

16) *De* ZENOBIO, *Sophiſta Antiocheno, Lipſ. 1759.*

17) *De quibusdam e* LIBANIO *repetitis argumentis, ad hiſtoriam eccleſiaſticam chri-*

christian. pertinentibus, in primis de OPTIMO, *episcopo, Lips. 1759. 4.*

18) *De rebus ad scholam ciuicam, quae Lipsiae ad D.* NICOLAI *est, pertinentibus expositio, 1759. 4.*

19) *De* ACTAMO, *philosopho Arabico, Lips. 1760. 4.*

20) *Teutsche Uebersetzung der Reden aus dem* THVCYDIDES, *nebst latein. Anmerkungen, über dessen gesammtes Werk, Leipz. 1761. 8.*

21) DEMOSTHENIS *und* ÆSCHINIS *Reden verteutschet und mit den nöthigen Anmerkungen erläutert, Band I-V. Lemgo 1764. 8.*

22) *Proben der Arab. Dichtkunst in verliebten und traurigen Gedichten, aus dem* MONTANABBI, *arab. und teutsch, nebst Anmerkungen, Leipz. 1765. 4.*

23) THEOCRITI *Reliquiae cum ſcholiis graecis et comment. integris variorum, tribus libris animaduerſ. et indicibus, T. I. II. Lipſ. 1766. 4.*

24) *Animaduerſiones ad* PORPHYRII *librum de abſtinentia a carnibus, in edit.* RHOERII, *Vltraiect. 1767. 8.*

25) *Oratores Græci, T. I - XVIII. Lipſ. 1770 - 1773.*

26) ABVLFEDAE, *Geographia latine reddita, in Cl. Büſchings Magaz. 1770.*

27) MARAI *Geſchichte der Regenten in Aegypten, ib. 1771.*

28) *Apparatus Critici ad* DEMOSTHENEM, *T. I - IV. Lipſ. 1774 - 75. 8.**)

29) PLVTARCHI *Chaeronenſis, quae ſuperſunt omnia, graece et latine, principibus ex editionibus caſtigauit virorumque doctorum ſuisque annotationibus inſtruxit — Lipſ. 1774. 8.*

30)

*) Indices Operum DEMOSTHENIS, Lipſ. 1775. 8.

30) MAXIMI TYRII *Dissertationes ex recens.* DAVISII, *cui access.* IER. MARCKLANDI *Annotationes: recudi curauit et annotatiunculas de suo addidit, T. I. II. Lips. 1774. 8.*

31) LIBANII [s]) *Opera.*

Praeterea eius opera DIONYSIVS HALICARNASSENSIS prodiit; multas vero *REISKII* scriptiones in Act. Societ. Lat. Ienens. et Lips. itemque in Promptuario Hamburgensi, latere constat.

Post *REISKIVM* appellandus est *IOANNES ERNESTVS FABER*, Simmershusa-Hildburghusanus, Linguarum Oriental. in Athenaeo Ienensi nuper Professor et collega optimus. Hic enim certissimam iniiciebat spem, fore, vt *REISKII* nomen famamque, nisi superet, certe adaequare videatur. Naturam enim fautricem expertus in tribuendis animi dotibus erat, etsi nuperrime quidam nobis contrarium persuadere conabantur. Habebat magnum ingenii acumen, quod non heri ac nudius tertius, sed iam in gymnasio Cobur-

s) Haec paullo ante mortem ad finem perduxit optimus REISKIVS, et ab doctissima vidua proxime edentur, typis SOMMERI, Bibliopolae Lipsiensis.

gensi ostenderat, et cum ad intuendum, tum ad imitandum expressas magnorum virorum imagines proponens animum mentemque suam ista cogitatione conformarat. Habebat etiam eruditionem et linguarum, praesertim orientalium, litteraturam et cognitionem non contemnendam, iudicii denique firmitatem, quae eum tunc demum, cum ingenio nimis indulgeret, deseruisse visa est. His accedebat incredibile honoris studium more magnorum hominum, quo non iisdem, quibus vitae spatium circumscriptum est, regionibus cogitationes terminare, sed latius exspatiatus, nominis sui memoriam cum omni posteritate adaequare voluit. Porro inerat ei mira laborum tolerantia, quam legendo et scribendo satis ostendit, mira comitas et affabilitas, sensus veri et pulcri singularis, morum modestia et in amicos amor insignis. Ex his intelligitur, recte amicos eius non sperasse solum, verum etiam confidisse, futurum, vt quando meritorum laude conspicuus fatis concederet. Sed spes frustrata est. Etenim erat *FABER* noster cogitatione celer, temperie cholerica et sensu neruorum exquisitissimo praeditus, iniuriarum impatientissimus, nec calumniae adeo negligens, vt virum decet. Praecordiis aeger, patebat neruorum distentionibus: Quas cum sangui-

nis

nis miſſione leuari quodammodo cognoſceret, falſis illis induciis fidem habuit, ſibique hac medendi ratione peruerſa aſſiduisque litterarum ſtudiis fracto et curis, vt rumor erat, domeſticis immerenter confecto, fatum accelerauit. Dolent Muſae atque fautores; Lugent amici, hoc ſolo ſolatio recreati, quod famam factis extendere nouerat, nominisque ſui commemorationem poſteris commendare.

Quod igitur ad tam exiguum et breue vitae curriculum attinet, viſum eſt ea adducere, quae *FABRI* noſtri frater optimus ac lugens beneuole mecum communicauit.

Natus erat a. cIↃIↃCCXXXXV. menſe Februario, patre *THOMA ANDREA*, verbi diuini miniſtro, matre vero filia *LVDOVICI*, gymnaſii Coburg. quondam Directoris. Patrem ſequens annus abſtulit; mater contra, paucis annis interiectis, iterum nupſit *REPPERTO*, ſacerdotis munere in vico *Gleich am Berge* prope *Roemhild* functo, ſeni difficili et moroſo. Quo in vico diſcendi occaſione deſtitutus duroque vſus vitrico, precibus effecit, vt ſingulis hebdomadibus bis terue ſibi liceret, ſacerdotem in proximo vico, *Gleicherwieſen* dicto, inuiſere, quo in linguae latinae elementis magiſtro

ſtro vteretur. Neque hac ratione exſtinguitur *FABRI* noſtri ſtudium diſcendique ardor. Matri inſtat, vt ſibi copia detur ſcholam Heldburganam, tunc temporis rectore HVMMELIO claram, frequentandi. Annos XVII. natus, gymnaſium Coburgenſe adiit, praeceptoribus vſus iam Summe Rev. Coenobii Bergenſis Abbate, FROMMANNO, et Halenſ. Theologo, GRVNERO, PRAETORIO, BERGERO et MITTENZWEIO. Hos in omni litterarum genere, quo ad humanitatem erudiri iuuentus ſcholaſtica ſolet, duces et magiſtros ſecutus eſt, cum primis FROMMANNVM. Anno cIↃIↃCCLXV. publice defenſa diſſertatione, Gottingam conceſſit, et praelectionibus Clariſſimorum virorum, WALCHII, LESSII, HEYNII, MICHAELIS, interfuit. Qua aſſiduitate et diligentia id effecit, vt a. cIↃIↃCCLXVIII. in ſeminario theologico repetentis munia obire iuberetur, et cum paullo poſt philoſophiae doctor nominatus eſſet, a. cIↃIↃCCLXX. in Kilonienſem litterarum vniuerſitatem, et biennio poſt in Ienenſem, philoſophiae et linguarum orientalium profeſſor euocaretur. Quo facto, a. cIↃIↃCCLXXIII. vxorem duxit ex gente WEDELIORVM oriundam, et anno ſequenti die XV. Mart. vitam cum morte commutauit.

Quare

Quare etsi ex breui isto matrimonio nullos suscepit liberos, viuit tamen viuetque apud posteros indolis, pietatis, industriae doctrinaeque gloria. Is enim, me quidem iudice, quam diutissime vixit, qui bene de patria, litteris et amicis bene meruit.

Scripta sunt potiora

1) *Descriptio Commentarii in septuaginta interpretes, Diss. I. Gotting. 1768. 4.*

2) *Diss. De animalibus, quorum fit mentio Zephan. II. 14. Gotting. 1769. 4.*

3) *Historia mannae inter Ebraeos, sectio Prima solenni orationi ad professionem ordinariam philos. et linguarum oriental. rite auspicandam die XVI. Iunii 1770. habendae praemissa, Kilonii.*

4) *Programm. Nouum de Messia exactis* CCCCLXXXX. *annis post exilium Iudaeorum Babylonicum nasciturο ex* ZACHARIA *III. 8. 9. 10. repetitum vaticinium, spatio LXX. hebdomadum* DANIEL *VIII. 24. iisdem natalibus prae-*

praefinito nouam lucem affundens, Kilon. 1772. 4.

5) IESVS *ex natalium opportunitate Messias, Ien. 1772. 8.*

6) *Historia Mannae inter Ebraeos sectio secunda, pro loco in philosophorum ordine capiendo d. XX. Mart. 1773. publice defensa, Ienae.* [t])

7) *Archäologie der Ebräer, Th. I. Halle 1773. 8.*

8) *Beobachtungen über den Orient, aus Reisebeschreibungen zur Aufklärung der heil. Schrift, aus dem Englischen übersetzt und mit Anmerkungen versehen von* IOH. ERNST FABER, *Th. I. Hamburg 1772. Th. II. mit einer Vorrede von* DAV. CHRISTOPH SEYBOLD, *1775. 8.*

Praeter haec Nou. Bibl. Philosophic. Lips. 1774. 8. edi curauit, et apud animum constitue-

t) Has binas dissertationes, n. 3. et 6. vna cum REISKIANO libello recudi curaui.

ſtituerat, CELSII *Hierobotanicon* et GLASSII *Philologiam Sacram* auctiorem prodire iubere; ſed haec, vt multa alia praeclara opera, morte praeuentus exequi non potuit.

Reliquum eſt, vt, quare iſta *REISKII* et *FABRI* opuſcula iterum ediderim, paucis oſtendam. Cl. *REISKIVS* iam inde ab anno cIↃIↃCCXXXXVII, vt ex praefatiuncula intellexi, conſilium iſtud diſſertationis altera parte auctioris edendae ceperat, *quia pauca eius mandata typis exemplaria tantum non omnia manſerant in Belgio, neque habebat in patriam relatus, quod veteribus amicis et patronis cupide flagitantibus exhiberet, et praeterea nonnulli, qui viderant Batauum exemplar, docti homines cenſebant, allatas in eo obſeruationes dignas eſſe, quae vulgatiores fierent.* Sed ob timiditatem et bibliopolarum tergiuerſationes a conſilio deſtitit, donec mihi, eum Lipſiae inuiſenti, hanc facultatem daret. Similiter Cl. *FABER* dudum tale conſilium, medicorum Arabum fragmenta edendi, ſuasque *de manna Ebraeorum* diſſertationes auctiores adiiciendi inierat. Tradendas igitur ei meas partes putaui, quippe hoc in litterarum genere verſatiſſimo et artis medicae non ignaro,

ro, et tunc demum reſumſi, vbi eum fata abire ad plures iuſſerant ante, quam lima ſcriptum perſecutus erat. Hinc reſectis iis, quae abeſſe iure ſuo debebant aut poterant, et in ordinem redactis, quae beatus *REISKIVS* hinc inde alleuerat, adiutorem mihi eligendum eſſe ſenſi Cl. HALLERVM, qui, vt inter noſtros conſtat, et egregie doctus eſt, et linguarum orientalium, in primis Arabicae, callentiſſimus. Hic operarum vitia non modo expunxit, ſed et varia annotauit, ſuo nomine ſuffixo facile internoſcenda, ideoque in ſpem certiſſimam ingredior, fore, vt de noſtris laboribus aequi bonique iudices ſentiant.

Haec Te, L. B. monere volui. Vtere doctis *REISKII* et *FABRI* ſcriptionibus, nobisque fauere perge. Scripſi Ienae III Calend. Iul. cIↃ IↃ CCLXXVI.



I.

I.


IOANNIS IACOBI REISKE

MED. DOCT. ET PROF. LING. ARAB.
NVPER LIPS.

MISCELLANEA MEDICA

EX

ARABVM MONIMENTIS.



PROOEMIVM.



Circumſpicienti mihi diſſertationi huic ſolenni argumentum, typis et lectione non indignum, varia ſubierunt animum meum, quae, quamuis hactenus ipſe nequiuerim exſequi, lubet tamen ideo hic percenſere, quod inde putem vnum alterumue me peritiorum excitatum iri ad ea perficienda, quae molitus ego aliquando fui. Modo enim volupe erat, de admirabili noctis efficacia in generandis et exaſperandis morbis diſſerere, modo commentabar mecum aliqua de eo, quantum medicum promittere aegro, et aegrum a medico viciſſim exſpectare et flagitare par ſit. Qua de re diſſertationem edidiſſe quoque ABV BAKRI, MOHAMMADVM, filium ZACHARIÆ, Rayenſem, (ſeu oriundum ex vrbe Choraſanica *Ray*) quem

vulgo RAZIM appellamus, reperio apud ABV OSEIBAM. Sed haec quidem duo capita et maius otium requirunt, quam quo nunc fruor, et maiorem artis ſalutaris vſum, quam qui hactenus quidem mihi contigit. Offerebat ſe deinceps morbus, quo, neſcio, an vllus alius in tota vetuſtate ſit luculentius atque amplius deſcriptus. Ipſe illum aeger expoſuit ſex libris, quos ſacros appellat, vir excellentis atque ſublimis ingenii et facundiae, quae vel Demoſthenicae non concedit. Haud obſcurum eſt, me AELIVM ARISTIDEN, Hadrianenſem, denotare. Morbus ipſe fuit diuturnus, vt qui tria integra luſtra tenuit; fuit rarus, mirabilis, ſtupendus, interdum et ridiculus, meoque iudicio mereretur conſiderationem. Quo illum nomine deſignem, ambigo equidem. Inſaniae genus erat aliquod ſine dubio, quo laborabat homo cetera ſapientiſſimus. Interim *hypochondritin fanaticam* aut *enthuſiaſticam* appellabo. Neque contemnendus eſt medicus, qui morbo huic debellando fuit ex aegri arbitrio praefectus, ipſe pater et praeſes medicinae, AESCVLAPIVS. Et prorſus mirabilis curatio. *) Quam ille deus aegrum ſuum ſeuera diſciplina exercuit! Quam praecepit illi dura, inutilia, noxia, quibus ferendis humanae

*) Morbus mirus et magis mira curatio v. apud PORPHYR. De Abſtinentia I. 17.

manae vires videantur impares! Quam contra ſapientiſſima ſuggeſſit ille ſomnianti conſilia, quae praeſenti neceſſitati modis omnibus ſatisfacerent! Hunc morbum lubebat aliquando excutere. Verum in eam rem quum ſex illos ſacros libros inſtituo perlegere: ARISTIDEN, quem in ceteris eius ſcriptis ſemper fueram admiratus, hic prorſus alium et, neſcio, qualem, deprehendo. Non crepat, niſi pergameni ſui dei per inſomnia comparitiones, et praecepta interdum, vt mihi quidem videtur, abſurda. Ideoque deſtiti ſtatim in ipſo limine ab eorum lectione, qui eius cetera non ſemel, neque indiligenter perlegi. Tandem acquieſcebat animus in commentario de ARABVM medicina concinnando. Erunt iam, qui, quos ego Arabes appellem, ſtatim non aſſequantur. Vulgo ſic nominamus eos ſcriptores, qui de cognoſcendis et curandis morbis *arabico ſermone* tradiderunt, quales ſunt EBN (*filius*) SINA, vulgo, minus vero recte, AVICENNA dictus, et Rayenſis, vulgo RAZI, EBN SOHAR, (ابن زهر) ALBVKASES, rectius ABVLKASEM, alii. Hoſce quidem homines ego neque poſſideo, neque legi, neque multum laboravi, vt nanciſcerer, cum, quod verum crederem iudicium viri ſummi, BOERHAVII, qui, niſi deprehendiſſet parum vtiles atque

dignos ſtudio medici, non certe pronunciaſſet tales pro ſua aequitate; tum, quod ipſe vſu deinceps edoctus fuerim, parum bonae frugis apud illos Arabes reperiri, quod certe nos iuuet multum aut erudiat, vt qui aliud nihil egerunt aut moliti ſunt, quam vt forulos ſuos interpretationibus HIPPOCRATIS, GALENI et ARISTOTELIS onerarent, quemadmodum ex indicibus librorum, quos ABV OSEIBA vitis ſuorum medicorum ſingulis ſubiecit, intellexi. Parum ipſi de ſuis addiderunt. Vltra Graecos vix eminent. Ipſi fatentur vltra HIPPOCRATEM ſe non ſapere. Hunc *ſidus medicinae* appellant. Hos ego Arabes non intelligo; horum medicinam excutere nunquam volui. Magna ex parte, ſi verum volumus, Arabes illi aeque ſunt, atque ego ſum; niſi etiam *Latinos* illos omnes velimus reputare, qui *Latine* ſcribunt. EBN SINA erat Turca, RASES Perſa, et ſic porro. Atqui Arabes ſunt illi homines, qui, nati a SABA aut et ISMAËLE, *) primum peninſulam *Arabiae*, dein *Chaldaeam* et *Habiſſiniam*, tandem etiam magnam partem *Africae* occuparunt, gens ſcenitis et nomas. Eorum medicinam, quantum ſcio, data opera nondum quisquam expoſuit. Com-

*) Poſteri الحرث بن فهر fuerunt من المطببين EBN KOTAIBA p. 157. 5.

Compendiosam puto et congruam genti vagae, campestri, viventi ex arbitrio suo, gulae minus indulgenti, rudi, ἀμίκτῳ, mulgere tantum camelos et stellas numerare doctae. Verum eam quidem curam video in aliud tempus mihi seponendam esse. Nam quae ad eam rem spectant, colligenda multo labore sunt ex poëtis, qui sunt istorum eruditionis et rerum omnium promtuarium. Praeterea a quibus sperabam me multum opis accepturum, duobus libris, vno, ABV OSEIBAE *Vitis medicorum*, altero *Collectaneis* LEVINI WARNERI, de quibus paullo post exponam clarius, deceptus fui. Ad meum certe scopum parum fecerunt. Interea quandoquidem edendus erat libellus academicus, neque melius, quod nunc extunderem, habebam: visum fuit, ex iis, quae obseruaueram in scriptoribus Arabibus ad medicinam aliquo modo facientia, excerpere paucula quaedam non inficeta, vt puto, et librorum istorum, quos modo nominaui, et quos adire et versare, non datum est cuiuis, clariorem exhibere notitiam, vt, quid ab iis exspectare possint aequi literarum medicarum proceres, ipsi arbitrentur, et quam recte IO. FREIND in Historia Medicinae a GALENI temporibus inde ad nostra vsque, scriptorem Arabicum de vitis medicorum *enthusiasticum* et *ineptum* appellarit.

OBSERVATIO I.

Recte coniecit IO. FREIND in Hiſtoria Medicinae, vbi agit de variolis, p. 305. ed. Leid. Arabes, vt variolas intulerunt primum in Aegyptum ſub OMARO, id eſt, circa ann. Chr. 640. vnde porro per Europam propagatae ſunt, ſic ipſos antea ab orientalibus aut remotioribus aliis populis infectos fuiſſe. Qui autem variolas primi, et quando inuexerint in Arabiam, inueni in libro, cetera vili, vbi minime quaeſiueram. Volutans aliquando codicem MStum Arabicum n. 53. bibliothecae Leidenſis, incido caſu in haec verba.*)

اول

*) Valde dolendum eſt, quod ſcribenti haec non fuerit in memoria et promtu locus multo luculentiſſimus apud EBN DOREID p. 165.

الحرمل ضرب من النبت زعم اهل السيرة
انه لم يعرف في بلاد العرب حتي رميت
الحبشة عام الفيل فلما انقضي امرهم
اصاب الناس الجدري والحصبة فكانوا
يعالجونه بمرار الحنظل والحرمل والعشر
وهذا حديث لا يعرف τὸ HARMAL *eſt genus*

aliquod PLANTAE, *quod ignotum in* Arabum *terra fuiſſe, adſeruerunt Hiſtorici (Periegetae), antequam irruptione Habaſſinorum affligerentur, anno Elephanti. Quum autem illorum negotium abſolutum eſſet et diſcuſſum; inuaſerunt homines* VARIOLAE *et*

اول ما رايت الحصبة والنواصل والكلاب
في ارض العرب في ذلك العام وقد كان بعض
ذلك في بني اسرايل ولم تدخل ارض العرب
الا حينيذ واول ما ظهر من مر الشجر
كالحرمل والحنظل وما اشبهها في ذلك

العام * *Hoc demum anno comparuerunt primum in terris Arabum* variolae *et* morbilli, *et* Nawasel *et* Kynanthropia, (*Calab;*) *quorum quidem aliqua fuerunt iam antea inter Israëlitas, non tamen Arabum terras inuaserunt, nisi tum demum. Hoc ipso quoque anno comparuerunt primum arbores silvestres, vt ruta silvestris* (*Ĥarmal*) *et colocynthis* (*Ĥantal.*) Ergo Aethiopes, qui olim HIPPOCRATIS tempore grauem Graeciae pestem intulerant, hoc anno Arabiae variolas intulerunt. Annus autem, quem notat, est ille, quo Habassini, regno Homeritico

et MORBILLI, *quos curarunt amaris succis* HANTAL, HARMAL *et* OSCHAR. *Sed haec est traditio, quae, vt genuina, cognita non est.*

Sed opinionem quidem, ignotas et inuisas fuisse veteri Graeciae Latioque *variolas*, euertit Celeb. IO. GOTTFR. HAHN, medicus Breslauiensis, in elegante opusculo de *Carbunculo Veterum*. R. Contrarium statuit b. WERLHOFIVS in *Disquisitione Med. et Philol. De variolis et Anthracibus*, rec. in Opp. P. II. p. 471. sequ. et in eius partes transii in *Morbor. Antiquitat.* p. 16. sq. G.

potiti, eiecta regum Homeritarum prosapia, reliquam quoque subigere tentantes Arabiam, et Christianam fidem, quam ipsi profitebantur, etiam in Hagschaz stabilire, inuaserunt Maccam, ea mente, vt Cabam, magnum illud templum sedemque paganismi arabici, euerterent: sed a diuinis illis prodigiosis auibus, de quibus vid. KOR'AN. *Sur.* CV. et ibi commentatores, debellati et grauissime afflicti fuerunt. Is idem annus nascentem vidit MOHHAMMADEM. Ex quo efficitur, eum annum fuisse annum post Ch. N. 572. Verba isthaec pauca sunt, sed notatu digna. Posteriorem eorum partem expendant Botanici. Quid sint النواصل *an Nawasel*, non inuenio notatum in Lexico GOLII. Sed ex vi verbi *Nasala* concludo, *exanthematum* genus esse, forte *aphthas*, forte etiam, et id potius, *febrem scarlatinam purpuram* aut *rubeolas*. (Germani *Friesel* appellant.) *Calab* est *rabies canina*, non illa nostra Europaea, sed ista Arabica, qua in canes vertuntur, qui sic insaniunt, stato quodam annuo tempore, vlulant latrantque *canum* instar, deinde sua sponte ad se redeunt; de quo morbo latius aliquando agam in libello, si edere liceat, de *Arabum medicina*. Simile quid nostri quoque scriptores Graeci atque Latini perhibent in lycanthropis. Specificum variolarum antidotum hactenus non reperi apud medicos Arabicos, vt quos non legi, blandior tamen mihi spe illa, fore, vt inde aliquando aut ipse ego eruam, aut alius aliquis. Liber autem, vnde hanc descripsi obser-

obſeruationem, eſt compendium libri MASVDII, qui مروج الذهب *prata aurea* inſcribitur, ab aliquo Schatibenſe confectum, id eſt, oriundo e Xatiua, vrbe Hiſpana, non, vt male in Catalogo appellatur, Schutcibio. *) Ille autem MASVDIVS, auctor etiam noſtris hominibus non incognitus, vtut habeatur pro LIVIO Arabico, et fama maxima polleat, re tamen ipſa deprehendi, quod BEROSVS potius aliquis Arabicus ſit appellandus, et inter maximos impoſtores, eosque primos atque ineptiſſimos, collocandus.

OBSERVATIO II.

Hominis *ſine oſſibus* exemplum habemus apud Arabes. Exſtitit olim vir apud ipſos maximae dignitatis et famae, SATIĤ, augur ille celeber, qui ſub natale tempus MOHHAMMADIS obiit, tercentum annos natus, aut plures, de quo conferri poteſt vita Mohamm. ABVLFEDAE p. 2. ed. GAGN. De illo verba haec habet GSCHVZIVS: **) خلق سُطيح لحمًا على وَضم وكان يحمل على وضمه اي شريجة من جريد النخل فيوتي به حيث شاء ولم يكن فيه عَظم ولا عُصب الا الجمجمة والعنق

*) Vnde المسعودي dictus? vid. EBN KOTAIBA p. 159. m.

**) Schol. GSCHARIRI p. 127.

والعنق والكعبين وكان يطوي من رجليه
الي ترقوته كما يطوي الثوب ولم يكن فيه
شي يتحرك الا لسانه * وذكره الجوهري
فقال وسطيح كاهن بني ذيب يقال انه ما
كان فيه عظم سوي راسه قال والسطيح
المستلقي علي قفاه من الزمانة *Creatus fuit Sathîh* caro ſuper aſſerculo (id eſt, impotens ſe movere, et aeque patens omnium iniuriis atque proiecta et humi depoſita ſuper ſchidio caro patet felibus atque canibus et rapere cuiuis volenti:) *ſolebatque ſuo ſuper ſchidio portari, id eſt, e palmarum ramis confecta craticula, quorſum vellet; nam oſſa non habebat, niſi cranii, et ceruicis, et manus, cetera poterat inſtar veſtis a pedibus inde vsque ad clauiculas complicari; neque mobile quidquam erat in ipſo praeter ipſius linguam. Meminit eius GSCHAVHARIVS, et appellat SATIHVM augurem filiorum DZEIB, de quo referunt, vt ait, quod oſſa praeterquam capitis non habuerit: ſed as SATIĤ, ait, cum articulo, eſt, qui proſtratus in dorſum decumbit ob neruorum reſolutionem.* Haec ille. Excerpſi ex codice 973. qui continet excerpta ex GSCHVZII مراة الزمان *ſpeculo temporum*, (SATICHI) ſeu

ſeu hiſtoria maiore. Detexi hoc, abraſo folio, quo obliteratus a bibliopego fuerat titulus codicis; quo factum, vt liber hic in catalogum fuerit relatus obſcuris indiciis et ſine auctoris nomine (p. 480. n. 1750.).

OBSERVATIO III.

In eodem libro inuenio MOHHAMMADEM amico cuidam ſuo, angina oppreſſo, ferrum candens ad collum applicuiſſe. Sed aegrum periiſſe. Cauterium valde frequens Orientalibus, et praeſertim Arabibus, qui *credebant* كانوا يعتقدون أنه متى لم يكتو هلك *quisquis non vreretur, eum perire*, vt ait in collectaneis WARNERI *) aliquis. Non video tamen, quid in hoc morbo efficiat aliud, quam cucurbitae forſan; et hae quidem melius. Vid. CELSVS *de Medicin.* IV. 4. init. Si fuiſſet in homine iuuene, robuſto, in morbi principio adhibitum cauterium, forte potuiſſet materiam aeſtuantem reuellere et euocare. Sed in homine ſene, vt aeger ille, imbecillo, qui iam decubuerat aliquamdiu, non poterat tam vehemens et acris medicina mortem non accelerare.

OBSERVATIO IV.

Vt omnia praeclara de ſuo Propheta praedicant Mohhammadani, adeo, vt, ſi talis fuit, qualem illi exhibent, fuerit vir admirabilis et legislatorum nemini

*) Memorabilis locus eſt MAIDANENSIS Prov. n. 3342. (p. m. 485.)

nemini ſecundus: ſic etiam medicinae peritia et vſu eum ferunt polluiſſe. Exſtant in eam rem integri libri. Qualis eſt ille codex in vſum WARNERI exaratus *) مجموع في الطب النبوي (hic enim titulus eſt illius libri, non qualis in Catalogo Leidenſi exhibetur.) Apud ABV OSEIBAM cap. 8. et in ipſis illis Warnerianis aduerſariis inuenio hanc hiſtoriam. انه جاء الي النبي

رجل من العرب فقال يا رسول الله ان اخي
قد غلب عليه الجوف وداويناه ولم ينقطع
عنه بشي فقال له عليه السلام اطعمه عسل
النحل فراح واطعمه اياه فزاد الاسهال فاتي
اليه وقال يا رسول الله قد كثر الاسهال
فيه وقد اطعمته العسل فقال اطعمه العسل
فاطعمه فزاد الاسهال اكثر فشكي ذلك الي
النبي فقال اطعمه ايضا العسل فاطعمه ايضا
العسل في اليوم الثالث فتناقص الاسهال
وانقطع فقال صدق الله وكذبت بطن اخيك

Venit ad PROPHETAM (Mohhammadem) *aliquis Arabs, conquerens de fratris ſui diarrhoea ni-*

*) Forte legendum eſt النبيبيّ h. e. *prophetica* i. q. *Mohhammadica*. ſ. MOHHAMMADIS: illud enim نبيبي ſuam trahit originem a ſuo primitiuo نبي quod *Prophetam* notat, quo titulo MOHHAMMAD a ſuis tribulibus per excellentiam inſignitur. H.

nimia. Se illi variam, ſed fruſtra, medicinam feciſſe. Mel apum) ipſi ſuaſit* MOHHAMMAD. *Abit Arabs, et effectui dat conſilium. Sed increbruit inde fluxus ventris. Redit ergo, et indicat, ab adhibita medicina malum vires ſumſiſſe. Iterat* MOHHAMMAD *praeceptum, et Arabs medicinam. Sed rurſus exaſperata colluuie rurſus adit Prophetam, qui tertio tandem ipſi mellis eiusdem vſum imperat. Poſt ſumtum denique tertia vice mel, primum ſenſim atque ſenſim defecit fluxus, tandem et plene ſubſtitit. Quo facto fertur* MOHHAMMAD *Arabi dixiſſe* (quod deinceps abiit in prouerbium): *Vera quidem dixerat et ſuaſerat* (per me) *Deus, ſed venter fratris tui volebat eum mendacii arguere.* Sic itaque et hic *pertinacia iuvantis malum corporis vicit*, vt ait CELSVS III. 12. Verum id ratione non improbabili. Habuit aeger ille ſine dubio inteſtina materie quadam acri oppleta, quam illa iugi vibratione niſa fuerunt excutere. Accedens mel exterſit penitus mordacem colluuiem, et auxit fluxum. Sed, fomite ſic penitus eliſo, factum tandem eſt, vt malum cederet.

OBSER-

*) Sunt enim etiam aliunde genera mellis alia, ita عسل البلاذري *mel* ANACARDINVM عسل القصبة *mel* ARVNDINIS i. e. *ſaccharum* عسل النحل *mel* APVM.

OBSERVATIO V.

Saepius obſeruatum eſt, celebres quoque medicos, qui difficiles alios et perplexos caſus expediverant dexterrime, in rebus leuibus et protritis turpiter ſe dediſſe, praeſertim quum ſemel conceptam animo falſam rationem ſectarentur. Ego certe mirabar legens apud CELSVM Praefat. libri I. eum morbum *nouum* appellari, *quum aetate ſua quaedam, ex naturalibus partibus prolapſa carne et arente, intra paucas horas exſpirauerit, ſic, vt nobiliſſimi medici neque genus mali, neque remedium inuenerint.* Adeone ignorabant tum morbum, quem ipſe lib. VI. cap. 18. n. 10. expoſuit, quo *vuluae* nimirum *os procidit*, et ſiderata ſeu ſphacelata (id enim eſt *arens*) hominem tollit? Quis non ſtupeat, vbi legat, ASCLEPIADEM, qui medicinae primus antea infami decus addidit Romae, *dixiſſe, perinde eſſe phreniticis ſanguinem mitti, ac ſi trucidentur*, referente CELSO III. 18. Parile quid inuenimus apud Arabes. Celeber ille MESVES, quem Arabes ſuo Perſico nomine ماسويه *Maſaujeh* aut *Maſuwaih* appellant, interrogatur aliquando ab Arabe quodam baduwino, ſeu ſcenita, qualis ille morbus ſit, quo ipſe affligatur. Surgenti ſibi mane amareſcere os, caligare oculos, deficere animum, neque ſe melius habere prius, quam aliquid deuoret; et ſic ſemper accidere ſibi, vacuo ventriculo. Huic reſpondet medicus: meram

cam

eam eſſe bonam valetudinem, ea ipſum ignorare, ſe gaudere; ea prorſus indignum eſſe, ſe, medicum, ſi poſſet, vel dimidio ſuarum opum redimere velle iſtam ſanitatem. Refert ABV OSEIBAH et ABVL FARAGSCHIVS, vbi legi poteſt hiſtoria. Tamne imperitus erat et obliuioſus MESVES, vt ſanitatis nomine incruſtaret *cardialgiam*, *) quae bilioſum iſtum Arabem vexabat, atrocem morbum, quem nouit optime, qui expertus eſt: Vel etiam potuit vermibus laboraſſe?

OBSERVATIO VI.

COSROES SAPORES, Perſarum rex, inſtituerat, docente ABVL FARAGSCHIO, intra annum Chriſti 270. et 275. academiam medicam Gſchondi Saburae, **) quae eſt vrbs *Chureſtanae*, non *Choraſanae*, quod male perhibet IO. FREIND; collocatis ibi profeſſoribus Romanis atque Graecis, qui diſciplinam eo inuexerunt Hippocraticam; quam deinceps ſecuti ſunt Arabes, praeſertim poſtquam MAMVNI iuſſu atque cura effectum fuit, vt Graecorum optima ſcripta ſua lingua poſſent legere. Cuius rei vnum atque alterum exemplum dabo. *In hydrope curando*, ait CELSVS III. 21. *ſudor eſt euocandus non exercitatione tantummodo, ſed etiam in*

*) Syncopen ſtomachicam. vid. ETTMÜLLER p. m. 237. PLATER. Obſerv. I. p. 93.

**) v. ASSEMANNI Bibl. Orient. Vol. IV. p. 44.

in arena calida, vel laconico, vel clibano, *ſimilibusque aliis.* Idem fecerunt in WASHEKO, Chalifa Bagdadico, vt perhibet ABVLFEDA ad ann. *Hegſchrae* 232. ſeu A. C. 846.

توفي الواثق بالاستسقاء وعولج بالاقعاد في
تنور مسخن ووجد عليه خفة فعاوده وشدد
سخونته وقعد فيه اكثر من اليوم الاول
فحمي عليه واخرج منه في محفة فمات فيها

Obiit WASHEK *ex hydrope, a quo curatus fuit eo, quod fuerit in clibanum coniectus calentem, quem, alleuatus nonnihil, repetiit altero die; verum eo, quod et multo maiorem curauerat aeſtum fieri, et diutius ibi haerebat, quam priore die, concepit febrim; qua propter inde extractus, in ipſa, qua geſtabatur, lectica exſpirabat.* In hoc nimirum principe aut perruperat et excoxerat aeſtus vehementia vaſa iam antea vi morbi attrita, aut certe vltra modum diſtenderat, vt cuius vis eſt, humores expandere. Poterat etiam pulmones ipſos corrugaſſe et conſtrinxiſſe, et ſanguinem in coagulum vertiſſe, quod vtrumque in aſſa et cocta carne contingit. *Calor omnis*, ait CELSVS II. 1. *et iecur, et lienem inflammat, mentem hebetat, et, vt anima deficiat, vt ſanguis prorumpat, efficit.* Hoc ipſum et in alio Chalifa et alio tempore factum narrat ABV OSEIBAH, quod alibi forſan videbimus. Simile quid accidit Gſchenkizchunico Principi,

ABV

ABV SAID BEHADVR. Vid. HERBELOT. p. 34. a. c. f. Conf. HOFFMANNI Collect. Caf. Practic. P. II. Cap. VII. Obf. 1.

OBSERVATIO VII.

In deftillatione atque grauedine multa aqua calida fouendum os atque caput, praecipit CELSVS IV. 2. n. 4. Parem in fe medicinam inftituiffe fodalem MOHHAMMADIS aliquem refert Scholiaftes EBN DOREID in كتاب الاشتقاق his verbis: ان سمرة بن جندب الفزاري سقط في قدر مملوة ماء حارا كان يتعالج بالقعود عليه من كزاز شديد كان اصابه فسقط في القدر الحارة فمات فكان ذلك تصديقا لقول النبي لابي هريرة وثالث معهما اخركم موتا في النار SAMORAH, *filius* GSCHONDOBI, *curabat grauem, qua premebatur, coryzam eo, quod infideret cacabo, aqua feruida pleno. Sed interim prolapfus in calidam, periit; eoque fidem conciliauit praefagio Prophetae,* (Mohhammadis) *qui, videns eum vna cum tertio aliquo ftantem apud* ABV HOREIRAM, *huic dicebat: Qui veftrum vltimus morietur, erit in igne.* Ambigua locutio, et Apolline arabico, fed illo Loxia digna. Κυρίως enim *ignis* (نار) notat Arabibus

 ignem

ignem aeternum ſeu *gehennam.* Eamdem hanc medicinam adhibuerunt Principi Ejubidae, Syriae et Aegypti domino, MALECHO'L CAMELO, filio MALECHI'L ADELI, ſed ſiniſtro euentu. Rem narrat EIVBIDA quoque princeps, *Hamatae* in Syria dominus, illuſtris eruditione et rebus geſtis Soltanus, ABV'L FEDA in compendio ſuo hiſtorico, ſeu *annalibus Moslemicis*, ad annum 635. et ſimul praeclaro monſtrat exemplo, quam peſtifer ſit in iuflammatione ventriculi emeticorum vſus. Eius verba hunc in modum ſonant: لما دخل قلعة دمشق اصابه زكام فدخل الحمام وسكب عليه ماء شديد الحرارة فاندفعت النزلة الى معدته وتورمت منها وصل له الحمي ونهاه الاطباء عن القيء وخوفوه منه فلم يقبل وتقي ومات لوقته *Ingreſſus arcem Damaſcenam tentatur a coryza: quapropter in balneo aqua ſummopere calida perſunditur. Inde factum, vt defluxio ventriculum oppreſſerit intus depulſa, atque inflammarit. Flagitabat itaque KAMEL* vomitorium. *) *Negabant medici: vetabant eius vſum. Pertimeſcendos eius triſtes euentus exponebant. At fru-*

*) Deſunt haec verba: *Flagitabat — vomitorium*, in textu Arabico, etſi haec contextus poſtulare videtur. Forte praeteruiſa a. b. REISKIO ſunt ob feſtinationem, ideoque iterum in textum recipienda. H

frustra. Sumebat enim pharmacum, a quo protinus vitam simul euomebat. Facile est, peruidere, ventriculi membranas, a turgescente materia tensas, renitentes, crudas, et ad minimum contactum irritabiles, a violenta drastici pharmaci conuulsione corripi posse, aut acerrimo et intolerabili dolore cruciari, aut etiam prorsus rumpi.

OBSERVATIO VIII.

Facetus est locus apud ARISTOPHANEM *Equitib.* v. 894. de succo laserpitii, quem nos hodie *asam foetidam* appellamus.

ἐπίτηδες οὗτος αὐτὸν ἔσπευδεν ἄξιον γενέσθαι,
ἵν' ἐσθίοιτ' ὠνούμενοι, κᾆπειτ' ἐν Ἡλιαίᾳ
βδέοντες ἀλλήλους ἀποκτείνειαν οἱ δικασταί.

Studio curauit ille (Cleo) *vili vendibilem fieri illum succum,*
Vt vos ementes eum comederetis, et deinceps in Heliaea (concione)
Pedentes iudices sese inuicem occiderent.

Hunc locum interpretum nemo exposuit. Ego illi lucem affundam ex MAIDANENSIS aureo et publica luce dignissimo libro, *Prouerbiorum Arabicorum collectione.* Habet ille sub litera Kof (num. 3386.) hoc prouerbium قبلك جاء الخبر *ante te venit nuncius*, id est, *antequam tu venires, et diceres nobis, iam nouimus.* Quod sic explicat. اصله ان رجلا اكل محروثا وهو

 اصل

اصل الانجذان نبات تخرج منه رياح منتنة فتاذي به اهله فلما اصبح خبرهم انه اكل محروتا فقالوا قبلك ما جاء الخبر *Huius prouerbii origo eſt, quod aliquis ederit* Mahrut, *id eſt*, radices laſeris, *ideoque tota illa nocte foetidiſſimos flatus emiſerit. Quod valde moleſtum accidebat domeſticis. Is mane experrectus iis nunciabat, ſe* Mahrut *ſuperiore veſpera comediſſe. Reſpondent: iam ante te venerat ad nos eius rei nuncius.*

OBSERVATIO IX.

Multus aetate noſtra ſermo eſt de *polypis* et eorum multiplicatione. Simile quid reperi in ABV OSEIBÆ *vitis medicorum*, Cap. VIII. in vita EBRAHIMI filii FAZARVNI, medici apud GCHASSANVM, filium ABAD, gubernatorem Sendiae: حدث ابراهيم بن فزارون انه رفع الي غسان بن عباد ان في النهر المعروف بمهران في ارض السند سمكة تشبه الجري تصاد ثم يطبخ راسها وجميع بدنها الي موضع مخرج الثفل منها ثم يجعل ما لم يطبخ منها علي جمر ويمسكها ممسك حتي ينشوي منها ما كان موضوعا علي الجمر وينضج ثم يوكل ما نضج او يرمي به وتلقي السمكة

السمكة في الماء ما لم ينكسر العظم الذي
هو صلب السمكة فتعيش السمكة وينبت
لحمها علي عظمها وان غسان امر بحفر
بركة في داره واملاءها ماء وامر بامتحان
ما بلغه قال ابراهيم فكنا نوتي في كل
يوم بعدة من السمكة فنشويه علي
الحكاية التي ذكرت لنا فنكسر من بعضها
عظم الصلب ونترك بعضها لم نكسره فكل
ما نكسر عظمه يموت وما لم نكسر عظمه
يسلم وينبت عليه اللحم ويستوي الجلد
الا ان جلدة تلك السمكة تشبه جلدة
الجري الاسود وما قشرناه من لحوم السمك
التي شويناها ورددناها الي الماء يكون
علي غير لون الجلده الاولي لانه يضرب
الي البياض *Refert* EBRAHIM, (ABRAHAM) *filius* FAZARVNI, *allatum fuiſſe ad* GCHASSANVM, *filium* EBÂD, *rumorem de piſce quodam in fluuio Sendico, qui fluuius vulgo* Mahran *audit*, *) *qui ſimilis ſit alteri cuidam piſci*, Gſcharji †) *appellato. Piſcem illum capi primum, dein caput et ventrem vsque ad foramen illud, per quod ſordes egerit, proiici coeno, reliqua imponi prunis, et ab aliquo ibi retineri, donec aſſata*

 probe

*) Eſt idem cum Indo.
†) Quem, qualis ſit, ignoro.

probe fuerit illa pars, quae prunis incubuerit, et maturata esui. Tum illam portionem aut comedi posse, aut abiici in aquam; quo facto, accidere piscibus illis, quibus os, quod idem est, atque spina *piscium, fractum non fuerit, vt reuiuiscant, et suam spinam noua carne rursus induant. Huius rei veritatem explorare cupidus* GSCHASSAN *iubebat domi suae piscinam fieri, atque aqua impleri, et ibi hanc in rem experimenta capi. Pisces igitur ad nos quotidie numero magno adferebantur, quos ad praescriptam nobis formulam assabamus. Aliis enim spinam dorsi frangebamus, aliis eam relinquebamus integram. Peribant omnes illi; hi contra, quibus saluam feceramus spinam, salui euadebant, et recuperabant carnem et planam cutim, nisi cum coloris aliqua discrepantia. Quum enim naturalis eorum piscium color sit similis colori piscis* Gscharji *nigri: color cutis eorum vergebat ad candorem nonnihil, quos assatos et excarnatos rursus aquae commiseramus.*

OBSERVATIO X.

Quandoquidem sumus in miraculis: addamus et alia. EBN KOTAIBA in egregio suo libro *Notitiarum Virorum illustrium*, (*Ctab al Mazaref*,) etiam caput habet de *iis, qui vltra consuetum tempus in vtero materno haeserunt.*

runt. *) Quod, quia breue eſt, dabimus integrum:

الضحاك بن مزاحم ولد وهو ابن ستة
عشر شهرا وشعبة بن الحجاج ولد لسنتين
ومحمد بن عجلان مولي فاطمه بنت الوليد
بن عتبه بن ربيعه حمل به اكثر من
ثلاث سنين قال الواقدي سمعت نساء من
آل الحجاف من ولد زيد بن الخطاب
يقلن ما حملت امراة منا اقل من ثلاثين
شهرا هرم بن سنان ولد لاربع سنين
ولذلك سمي هرم h. e. TACHACH, *filius* MOSACHEMI, *natus fuit*, *quum menſem aetatis ageret decimum ſextum.* SCHAABA, *filius* CHAGSCHAGSCHI, *editus eſt in lucem* iam biennis. MOCHAMMAD, *filius* AGSCHLANI, *libertus* FATEMÆ, *filiae* VALIDI, *filii* ATHABÆ, *filii* RABIÆ, *plus, quam tres annos in vtero matris exegit.* *Ait* VAKEDENSIS, *audiuiſſe ſe feminas ex gente* CHAGSCHGSCHAFI, *de poſteritate* SAIDI, *filii* CHATTABI, *dicentes, inter ſe feminam non eſſe, quae trigintamenſes non geſtarit.* HARAM, *filius* HAIIANI, *natus fuit quarto aetatis anno, et inde nomen* HAREM (*ſenis decrepiti*)

 ha-

*) في من حمل به اكثر من وقت الحمل

habuit. Sit fides penes auctores. Proxime ſequitur alterum caput *de iis, qui infra conſuetum tempus in lucem editi ſunt.* *)
المسيح عيسي بن مريم ولد لثمانية اشهر
ولذلك لا يولد مولود لثمانية اشهر فيعش
الشعبي ولد لسبعة اشهر ويوما جرير الشاعر
ولد لسبعة اشهر عبد الملك بن مروان
ولد لستة اشهر CHRISTVS IESVS, *filius* MARIÆ, *natus fuit octimeſtris. Propterea nullus partus octimeſtris vitalis eſt.* SCHAABENSIS *natus eſt ſeptimeſtris cum vno die:* GSCHARIR, Poeta, *natus eſt ſeptimeſtris.* ABDOLMALECH, *filius* MARVANI, *natus eſt ſemeſtris.*

OBSERVATIO XI.

Mirum eſt, quod ſcribit MAIDANENSIS, Arabes Himjaritas, quum metu imminentis rupturae magnae catarractae ſuam patriam, *Arabiam felicem*, deſererent, et *Maccam* ſecederent,
فاصابتهم الحمي وكانوا في بلد لا يدرون
ما الحمي *tentabat eos febris: Antea autem fuerant in terra, in qua neſciebant, quid febris eſſet.* Nunquam mihi perſuaſerit, quisquis ille ſit, incolas terrae, ſoli proximae et ſubiectae, aromatum promoscondos et amatores, vt-

vt

) المولودون في اقصر من وقت الحبل (

vt vini abſtemios, et tenui diaetae lacteae adſuetos, tamen febri nunquam fuiſſe, aut acuta, aut putrida, impetitos. Poſtulat rei dignitas, vt verbulum addam de illo decantato سيل العرم, vt vulgo vertunt, *diluuio obicis:* rectius vertas, *ruptura catarractae.* Tales *catarractas* optime deſcripſit HERODOTVS. In titulo hiſtoriae regum Iokthanidarum, quam Cl. SCHVLTENS in Hiſtoria Imperii vetuſtiſſimi Iokthanidarum in Arabia felice propediem edenda p. 49. e NVWAIRIO exhibet, promittitur huius ruptae catarractae hiſtoria: Sed in nigro deſideratur. Ego eam ex eodem codice, quo vſus eſt Vir Celeberrimus, olim deſcripſi, et forte aliquando, niſi nimis occuper, edam. Interim id mihi relictum video, vt indicem veram inſignis huius caſus aeram. Hic enim caſus eſt initium omnis hiſtoriae Arabicae, quae vllibi librorum Arabicorum poteſt indagari. Haud paruo labore mihi conſtitit, eam aeram figere, et certo anno aſſignare. Nam Arabes in recenſendis rebus ante MOHHAMMADEM geſtis ſunt prorſus *ἀχρονολόγητοι.* Multo minus a Chriſtianis aliquid in hac re exſpectes. Contigit itaque memorabilis ille caſus *circa annum* poſt CHRISTVM natum *ſexageſimum* ferme. Quod demonſtrare huius loci non eſt. Interim rogo eruditos, velint hoc, tanquam demonſtratum, mea fide aſſumere. Quidquid Arabes ante haec tempora recitant peractum fuiſſe, perquam obſcurum eſt, et plerumque

que falſum atque mendax. Hic eſt ſummus terminus, quo pertingit hiſtoria Arabica libris *Mohhammadicis* tradita: ipſi enim Arabes *ante annum* poſt CHRISTVM *ſeptingenteſimum* libros non ſcripſerunt.

OBSERVATIO XII.

Aliud quid teſtatur, quod Arabes rerum ſuarum antiquarum ante CHRISTVM geſtarum ſint perquam ignari. Nempe quod tradit GSCHVSIVS, *primum inter Arabes*, qui *phthiſi perierit*, fuiſſe IASVM. Verba eius ſunt: قال هشام والياس اول من اهدي
للبيت البدن واول من وضع الركن في
البيت بعد الطوفان وكانت بنو اسماعيل
قد غيرت معالم ابراهيم لما طال الزمان
فرفعوا الركن من البيت وتركوه في ابي
قبيس فرده الياس الي موضعه وقيل انما
رد الياس الحجر الاسود الي موضعه وقال
ابن اسحق كان الياس في العرب مثل
لقمان الحكيم في قومه وكانوا يعظمونه
لانه اول من احيي سنن الخليل قال
الواقدي اول من مات من العرب بعلة
السل الياس فجزعت عليه زوجته خندف
جزعا اخرجها الي الوادي IAAS, verba ſunt *Haſch-*

Haſchſchami, eſt primus, qui camelos mactandos obtulit domui (Templo Maccano), et primus, qui repoſuit columnam IAMANICAM *in ea poſt diluuium. Nam Ismaelitae ſanctiones* EBRAHIMI (ABRAHAMI) *temporis ob diuturnitatem mutauerant, et obliuioni dederant, columnam ex domo (Caba) abſtulerant, et ſiuerant in monte* ABV - KOBAIS *abiectam. Hanc repoſuit* IAAS. *Sunt tamen, qui dicant, eum non hanc, ſed lapidem nigrum repoſuiſſe.* IAAS, (*verba ſunt* EBN ESCHAKI (ISAACI),) *haud aliter ab Arabibus fuit magnifactus, atque* LOKMAANVS, *ſapiens, in gente ſua. Nam primus fuit, qui religionem* EBRAHIMI *) (ABRAHAMI) *in vſum reuocauit.* **) — *Fuit etiam Arabum primus, vt* VAKIDENSIS *affirmat, qui phthiſi periit, tantaque vxor,* CHANDAF, *eum proſequuta fuit*

*) Proprie *Amici* ſc. Dei, quod vero idem eſt, ac ſi dicas: ABRAHAMVS: Hoc enim nomine adpellitare ſolent Arabes ABRAHAMVM. Res notior eſt, quam vt vlteriori demonſtratione indigeat. Conferatur tamen KOR'AANI *Sur.* IV, 124. vbi expreſſis verbis dicitur واتّخذ الله ابراهيم خليلاً h. e. *aſſumſit Deus Abrahamum* AMICVM. H.

**) Haec ſaluo contextu abeſſe poterant; omnis enim vis atque poteſtas argumenti ſequentibus continetur. Sed abſcindere nolui, ne falcem in alienam meſſem iniecisse viderer. G.

fuit lamentatione, vt inde mentis facta fuerit impos. — Haec ille. Certe primus non fuit Arabum, qui phthisi perierunt, sed eorum, quos sciunt historici Arabes. Vixit ferme circa *annum centesimum* ante Christum natum: Est enim in serie auorum MOHHAMMADIS ascendendo *sedecimus.*

OBSERVATIO XIII.

Vir celeberrimus et magnus meus Euergetes, ALB. SCHVLTENS, in vita SALADINI, in *Excerptis Abul Fedaeis*, morbum SALADINI protulit, eoque dedit historiam *febris biliosae funestae.* Agedum ex eodem auctore natales synochi putridae afferamus, qua periit MALECH MOTAFFER, patruelis ABVL FEDAE, vltimus principum *Ejubidarum*, qui ordine non interrupto *Hamatae* et autocratores imperarunt. Obiit is anno *Hegschirae* (Fugae) 698.

وكان مرضه حمي محرقة وكان سبب
ذلك مع فراغ العمر انه كان غاويا يرمي
البندق واتفق له فيه صروعات حسنة فاراد
ان يرمي نسرا من طيور الواجب فقصد جبلا
علاروز وهو جبل عظل علي قسطون
وكان ذلك في شدة الحر وقتل حمارا
وتركه

وتركه علي موضع بذلك الجبل وعمل
من غصان الشجر كوخا فكان جلس
في الكوخ وانا معه مملوك له ومن يشاهد
في رمي البندق وكان يدخل الي الكوخ
في السحر ويطل فيه الي الظهر ولا يتكلم
انتظارا لنزول النسر علي جيفة الحمار
وكنا نشم نتن تلك الجيفة ولم يقدر لل
رمية ثم عدنا الي حماة فابتدي بنا المرض
وبلغت الموت وفي مدة مرضي مرض الملك
المظفر وعادني وقد ابتدي به المرض ثم بعد
فضع عشر يوما بوبي i. e. *Exſtinxit eum, ait,* febris ardens *(praeterquam quod praeſcriptum a Deo viuendi terminum attigerat). Illa febris hinc nata fuit. Indulgebat animi atque corporis recreationibus, ferisque feriendis ſolebat ſe delectare, quarum ſaepe multas perquam feliciter ſternebat. Volens itaque tunc accipitrem inter aues rapaces* ἐπιπτωσίμους *ferire, conferebat ſe in montem* ALARVS, KASTVNO *imminentem, ſummo in aeſtatis feruore, caeſumque aſinum alicubi montis iſtius proiiciebat, cuius alliceret foetore accipitrem, curabatque ſibi tuguriolum ex ramis arborum fieri, in quo mecum reſideret, et cum Mamlucho*) quodam ſuo, vnoque et altero iſtius* βαλανοβολίας *ſpectatore. Summo mane intrare ſolebat*

*) i. e. ſeruo. H.

lebat iſtud tuguriolum, et in eo vsque ad meridiem perdurare, ne verbulum quidem hiſcens, accipitris in olidum aſini cadauer illapſuri exſpectatione. Quamuis autem grauem nobiscum toleraret mephitin: capere tamen quidquam negabat ipſi fatum. Quod nos HAMATAM *cogebat repetere, vbi morbus ſe prodebat in nobis. Et ego quidem, proximus orci portis, vix euadebam, et decumbentem me viſitabat* MALECH MOTAFFER, *et ipſe non integer. Diebus inde plus decem obibat.*

OBSERVATIO XIV.

Exemplum excreſcentiae carnoſae ab ictu illato exhibet MAIDAN. p. 387.

OBSERVATIO XV.

Venio nunc ad deſcribendum codicem bibliothecae Leidenſis 1108. qui ſic deſignatur in Catalogo p. 442. n. 792. WARNERI *Commentarius ad librum de rebus medicis, praeſertim quaedam ex Kor'aano et traditionibus Mohhammadis.* Non eſt commentarius, nihil etiam ibi ex Kor'aano. Sed ſic habet. LEVINVS WARNERVS, cuius in literis orientalibus peritiam admiror, laborem et diligentiam ſtupeo; tot enim ille libros Arabicos, Perſicos, Turcicos, perlegit, deſcripſit, excerpſit, interpretatus eſt, quot perlegendis alius quisquam vix ſufficiat; et, ſi

ſi contigiſſet ipſi edere ſua aduerſaria, commodum attuliſſet hiſce ſtudiis, et reportaſſet gloriam, qualem nullus alius eorum, qui Arabica tractarunt: Hic tantus vir, quem Leida non minus atque numen venerari debet, vt qui munere mactauit eam, cui par Chriſtianus orbis non habet, legatum intelligo codicum MStorum orientalium; inter alia curauerat ab aliquo ſcriba librum في الطب النبوي *de medicina Prophetae*, ſibi deſcribi, cuius ipſe magnam partem latine interpretatus eſt. Quis eius libri fuerit auctor, non comparet. Diuidi commode in duas partes poteſt ille codex. Prior continet decem capita, quae inter primum maxime eſt memorabile. Poſterior ſimplicia recenſet, de quibus iudicia MOHHAMMADIS feruntur in Traditionibus, ſecundum ordinem alphabeticum, eumque, quod mirum, non *Arabicum*, ſed *Ebraicum*. Forte ſic juſſerat WARNERVS. Ipſe enim non ſcripſit arabica. Inueni his in ſchedis aliqua, quae faciebant ad rem meam. Sed multo pauciora, quam et optaueram, et fueram opinatus. Parum rerum medicarum ex الجاهلية ſeu *tempore feritatis et idololatriae Arabicae* *) re-

*) Rectius: *ex temporibus inſcitiae* (in rebus ad cultum Dei ſpectantibus) h. e. ante *Mohhammadem* natum: Thema enim, a quo hoc جاهلية deſcendit, non *feritatem*, ſed *inſcitiam* notare, vel tirones norunt. Per hanc vero *inſcitiam* intelligendam eſſe inſcitiam in rebus ad religionem, et maxi-

reperias in iſtius gentis monumentis. Quicquid reperias, fere poſterius eſt MOHHAMMADE. Hunc, vt in omnibus rebus excellentem, ſic et *medicinae* peritum praedicant. *Primum* itaque *caput* eius *codicis* curationes maxime continet, quas aut adhibuerunt MOHHAMMADI: (fuit enim valde morboſus;) aut ipſe aliis admouit. 1) Ibi lego haemorrhagiam ab accepto vulnere cohibitam fuiſſe *fauilla herbae papyri.* **) 2) Lego MOHHAMMADEM multum fuiſſe *ſcarifatione* et *cucurbitis* vſum, eaque laudaſſe et commendaſſe de optima nota. Certe Orientales omnes e vena ſanguinem mittere parcunt, amant potius *ſcarifatione* ſubtrahere. 3) *Mellis* vſum egregium lego laudatum, vt et ſemen *melanthii*, ceu efficax contra genus omne morborum. 4) Multam laudem *cauterii*, vt ſine quo periturum quemuis aegrum, illi homines putant. 5) De curata *pleuritide* infuſa per os *aloë Indica*, fructu *Waras*, (arboris Arabiae felici propriae, *ſeſamo* ſimilis) et قطران *pice* aut *amurca olei oliuarum.* Cuius medicamenti vires, intus certe ſumti, et agendi modum non capio. 6) Commendatum in *angina* et *cephalalgia* puerorum tritum ex aqua *coſtum Indicum* et naribus attractum. 7) Traditionem, qua fungos *terrae variolas* appellat MOHHAM-

maxime ad Deum, ſpectantibus, aeque certum eſt et notum. H.

**) Vid. RASES p. 78. ed. VESAL. et alib. MOEHRINGII Obſerv. Medic. p. 162. DEGNER De Dyſenter. p. 151.

HAMMAD, et hos *mannam* illam afferit fuiſſe, quibus deus Iſraëlitas in deſerto cibauit; eorumque *ſuccum* expreſſum, tanquam praeſtans *collyrium*, commendat. 8) Traditionem, qua permittit et inſtituit MOHHAMMAD *incantationem* ictorum a ſcorpionibus. Si quid veri ineſt in illa medicina: poteſt comparari cum illa *Apulorum* in *tarantulatis* *), de qua certo nobis conſtat. Forte ſimile venenum ſcorpionum eſt veneno tarantulae, vt nequeat, niſi modulata voce expelli. 9) Traditionem, qua *pultis* et *hordei* vſus in morbis pectoris commendatur. 10) Aliam, qua commendatur in *iſchiatide cauda pinguis Arabici* aut *arietis* aut *ouis* cocta. Notum eſt, illas caudas admodum grandes et graues eſſe, vt plostellis debeant fulciri et attrahi. 11) Aliam, qua improbat Propheta *purgationem alui*, quae tum videtur in vſu Arabibus fuiſſe, per *tithymalum*, ſeu eſulam, *Rhabarbarum* ruſticorum, ceu nimis acrem, et ſubſtituit aliam ex ſena, vt et السنوت as *Saunut*, quod diſceptant interpretes, quid ſit. GOLIVS et WARNERVS vertunt *cuminum*. Sed id quidem vitium eſt antiquum, et quod vel GSCHAVHARIVM, τὸν ἀκριβέστατον, occupauit. Legendum السنون, et eſt illud *ſinon* aut *ſinonum*, de quo vid. VAL. CORDI Diſpenſ. p. m. 87. ed. Leid. 12) Aliam, qua com-

*) Has mendicorum Appulorum fraudes recentiorum ſcriptorum auctoritate detectas eſſe, inter omnes conſtat. G.

commendatur *coſtum vltramarinum* et *oleum olivarum* in *pleuritide.* 13) Diſputatum video, num negarit MOHHAMMAD, et credi vetuerit morborum contagium, vt *elephantiaſeos*, et aliorum, nec ne? 14) Habetur traditio, quae docet, MOHHAMMADEM, quoties capite doleret, caput obtexiſſe *cucufa* ex *Ĥanna.* Familiaris autem illi ille morbus erat. Et, vt ait ibi ABV HOREIRA, اذا ابزل عليه الوحي صدع *quoties demittebatur ad ipſum coelitus inſpiratio*, Sodea, i. e. *capite dolebat.* En originem rumoris, veri, an falſi, non dicam, de MOHHAMMADIS *epilepſia*, qui per Chriſtianorum libros fertur. Duae literae د et ر *Dal* et *Re*, id eſt *d* et *r*, *) multis in codicibus tam ſcribuntur ſimiliter, vt ſaepe vel a perſpicaciſſimo nequeant diſtingui. Potuit ergo Chriſtianus aliquis, in MOHHAMMADEM maleuolus, incidiſſe in talem codicem, in quo ambigue صدع, an صرع ſcriptum erat, aut,

*) Licet multa ſint exempla permutatarum litterarum د et ر: tamen non poſſum non antiquiſſimum et illuſtriſſimum addere. Notus eſt portus Arabicus جده *Gſchodda.* Hunc veteres *Gſcherra* dixerunt, tanquam جره legerunt. Aut ergo illi veteres male legebant Arabica, aut poſteriores Arabes, decepti literarum ſimilitudine, male mutarunt *Gſcherra* in *Gſchoddah.* Conf. HAHNII laudatum ſupra Opuſculum, et ei adiecta Ill. TRILLERI epiſtola p. 13. vbi coniectura, vt mihi videtur, improbabili, vult Alim, filium ABBAS, emendare, aut potius latini interpretis coniecturam aſſumere.

aut, etiamſi clare ſcriptum erat, صدع *Sodea, capite doluit*, potuit tamen maledicendi occaſionem ex facillimo errore arripere et interpretari, ac ſi legiſſet صرع *Sorea, conuulſus iacuit, comitiali morbo decubuit.* Multa tamen ſunt, vt verum fatear, in MOHHAMMADIS hiſtoria, quae virum illum, alias certe praeclarum et odia atque calumnias impotentium monachorum plane non promeritum, tantum non clamant, fuiſſe *epilepticum*. Fuit etiam *hypochondriacus*, vel adhuc trium annorum puer, ſi credimus ABVLFEDÆ Latino, quem IO. GAGNIER nobis exhibuit, in vita MOHHAMMADIS. Verum neque cadit in tam tenellam aetatem ille morbus, *hypochondritis*, neque peruenit vnquam ad notitiam aut *Arabum*, aut ABVLFEDÆ. Sed commentum id merum eſt GAGNIERII, et monſtrum, qualia plura alit inepta iſta et ridicula, et ABVLFEDÆ atque Arabibus ignominioſa interpretatio. Emendabimus illum locum: ſi ſummum numen aliquando nobis permiſerit, integros Principis illius Eiiubidae *annales Moſlemicos*, quorum iam longe maximam partem ciuitate latina donauimus, edere. Sed haec in tranſitu.

Capite *ſecundo* commendat MOHAMMAD in *peripneumonia* ſeptem *dactylos* cum ſuis oſſiculis contuſos. 2) *Incantationem* contra *venenum, oculum malignum* et *purpuram.* 3) Refertur MOHHAMMAD curaſſe, dum *cauſo* laborabat, vtrem, aquae plenum, penes ſe ſuſpendi,

 vnde

vnde guttatim ſtillae delaberentur. 4) Exhibetur traditio, qua ſtatuit MOHAMMAD, in coitu maris atque feminae ſemina miſceri. Cuiuscunque autem ſemen praepolleat copia, et exſiliat citius, eius naturam ſequi foetum; et maſculum quidem in dextro vteri latere foueri atque creſcere, femellum autem in ſiniſtro. 5) Refert, Arabes aliquot, ex eſu fructuum toxicatae cuiusdam arboris, quaſi peſtilente quadam aura, ſubito proſtratos et exſtinctos, affuſa ipſis pone aures, ex MOHHAMMADIS iuſſu, frigida aqua, fuiſſe in vitam reuocatos.

Cap. *nono*, quod agit de *cura* MOHHAMMADIS in aegris ſuis *febrientibus* ſeuera lege abſtinentiae coërcendis, refert ipſum alicui *lippo* vſu *dactylorum* prorſus interdixiſſe, alii plus ſeptem non permiſiſſe. Probabili ratione. *Lippitudo* ſeu *oculorum inflammatio*, inter acutos eſt, ſaeuitque maxime in calidis regionibus; vnde mirum non eſt, toties eam a CELSO commemorari. Dactyli vero ſunt calidi, ex Arabum mente. 2) Vetat, non caenatos cubitum ire. 3) Praecipit iuueni laſciuo et ſemine turgenti, cuius tamen res matrimonium non permittunt, vſum acidorum, acerborum, refrigerantium, vt ſeminum *rutae* cum *ſaccharo*, ſeminum *lactucae* et *portulacae*. De his poſterioribus controuerſia non eſt. Sed *rutae* ſemina frigida eſſe, negant homines noſtri. Vid. tamen BOERHAVII liber ſpurius de Plantis p. m. 343. *Ieiunium* porro ſuadet eandem in rem. Melius hercle non poterat.

Ca-

Capite *decimo*, quod exhibet curationes MOHHAMMADIS *miraculoſas*, refert 1) MOHHAMMADEM *ſcarifatione* et *cucurbitis* e ſuo corpore venenum elicuiſſe, quod a comeſta venenata oue ſuſceperat. 2) Hominem inſanum ſanae menti fuiſſe MOHHAMMADIS attactu redditum, eumque tum de ſuo corpore nigros dedidiſſe ſtelliones. Fabula haec eſt, vt vel coecus videat. Hoc tamen improbabile non eſt, ex nigro et ambuſto ſanguine poſſe animalia peregrina et horrenda naſci in humano corpore, eademque, iam nata, mentem poſſe mouere. Refert DIEMERBROEK libro IV. de *Peſte*, vidiſſe ſe nonnullos, qui, colliquati iam viui in tabum peſtilentiale, vel paulo ante mortem, vel paullo poſt eam, alterutro ore rubros dracones ediderint. Coniicio, illos homines omnes iuuenes, bono ſanguine rutiloque diuites, mente hilares, ante morbum fuiſſe. Vnum autem Anglum ait ſe vidiſſe, ex quo niger paruus draco prodierit. Ille homo ſine dubio erat atrabilarius. Vid. quoque PAVLLIN. de *morte verminoſa*.

Secunda voluminis Warneriani *pars* verſatur in recenſendis ſimplicibus, de quibus traditiones, id eſt, exceptae ex ore MOHHAMMADIS ſententiae proſtant; et continet aliqua non mala. Vt ſub الجرجير ſeu *eruca* refert, quod MOHHAMMAD alicui, de nerui impotentia conquerenti, huius herbae vſum ſuaſerit; vid. CELS. IV. 21. Ibidem notat, eandem herbam concitare

 عرق,

عرق الجذام, τὴν τῆς ἐλεφαντιάσεως διάβρωσιν, aut *phagedaenam.* Non improbabile, herbam acrem alcalescentem in calido solo sanguinem gignere putridum et corrosiuum. 2) Notat, MOHHAMMADEM frequentem fuisse in vsu *olei oliuarum*, *sesamini*, *violarum* et *Kadi*, quod, quale sit, nescio. 3) Commendat WARAS, vt in *scabie*, et *ephelidibus*, et *pustulis*, et *oris nigredine* proficuam. 4) Commendat *oleum oliuarum* contra *haemorrhoides*, quod intelligo de *coecis*, tumentibus, dolentibus, inflammatis. 5) De *zinziberis* foliis obseruat auctor, ea non aliter ab Arabibus, atque alibi alia olera, comedi. 6) Maximopere commendat MOHHAMMAD inter omnia medicamenta *nasturtium* atque *aloën* الحرف والصبر, quod mirum in tam feruido climate. 7) Commendat *thus* in *diabete* et *obliuione*, quod cerebri vitium est. 8) Commendat in *morsu canis rabidi succum* expressum herbae *Katam*, quae species est *cypri.* 9) Commendat attractum naribus odorem *narcissi* in *insania*, *elephantiasi* et *lepra.* 10) Commendat, post balneum, *psilothrum* ex calce viua et arsenico paratum, quod النورة appellatur. *) Pestiferum vsum

*) Tali psilothro venenato sublatum SCHAH THAHAMASP, (aut, vt vulgo, THAMAS) notat CHAGSCHI CHALIFAH MOSTHAFA, in libro suo memoriali *rerum in oriente gestarum*, ad ann. 984. quem elegantem libellum b. c. D. propediem edam. Facile fuit hominem principem, addita maiore copia *arsenici*, necare.

vſum *artematis* ex arſenico in peſte prophylactici notat DIEMERBROEK in laudato modo libro de *Peſte.* Tantum e *ſchedis illis Warnerianis.*

OBSERVATIO XVI.

Conuerto me tandem ad librum, qui noſtris hominibus quoque, non tamen, vt par erat, innotuit; ad ABV OSEIBÆ **) عيون الانباء في طبقات الاطباء ſeu *vitas celebrium medicorum.* Primus huius libri notitiam dedit et ſpecimen vir immortalis memoriae, EDVARDVS POCOKIVS, in fine praefationis ſuae ad EVTYCHII *Annales.* Deinceps BARTH. D'HERBELOT eum quoque commemorat in praeſtantiſſima ſua *bibliotheca orientali*, quo libro, quamuis vtiliſſimo, vti tamen nemo fere nouit hactenus. Tandem etiam noſtro ABV OSEIBA vſus fuit IO. FREIND, et ex eo dedit vnam vitam excerptam, latine, ad calcem *Hiſtoriae ſuae medicinae.* Optandum fuerat, vt iſte vir arabice calluiſſet: cognouiſſet enim ſic verum huius libri pretium. Sed nouit eum tantum ex vnius atque alterius laciniae interpretatione latina, quam in eius vſum fieri a SALOMONE NEGRI, Damaſceno, curauerat magnus ille lit-

 tera-

**) Latina praeſtantiſſimi huius libelli verſio, quam b. REISKIVS fecerat, multis abhinc annis cum Cl. Amſtelodamenſi medico, *bernard*, communicata eſt; quam vt orbi erudito non amplius inuideat, opto. G.

terarum et litteratorum patronus, illuſtre Britanniae decus, RICHARDVS MEAD. Bene quidem calluit arabice Damaſcenus ille SALOMO NEGRI, qui mihi Chriſtianus Arabs aut Syrus videtur fuiſſe. Sed ideo huic negotio non fuit aptus. Non ſtatim poteſt aliquis, qui linguam aliquam habet vernaculam, libros in ea ſcriptos intelligere et interpretari. Sartori Pariſino demus BOILAVIVM, Anglo nautae MILTONVM, Batauo lanifici HOOFDIVM, et videbimus, quam praeclare illi homines ſuam linguam calleant. Idem accidit illi Damaſceno. Nudus erat omni hiſtoria et litteratura arabica, quod vel inde patet. Nomen ipſum auctoris perverſe legit, et ABV OSBAIA extulit, qui ABV OSEIBA eſt. In illa quoque celeberrimi caſus narratione, ruinae nimirum Barmakidarum, omiſit verſus, quos non intelligebat ſcilicet, vnde tamen tota illa luculenta hiſtoria lucem accipit egregiam, et ſic pulcherrimo corpori ocellum eruit. Tantummodo ait: *cecinit muſicus aliquot verſus.* Sane nimis multa ſcire debet, qui hiſtoricum non Arabem tantum, ſed quemcunque tandem, bene et praeclare vult interpretari. Expertus affirmo, facilius eſſe, duos *poëtas* interpretari, quam vnum *hiſtoricum.* Verti ſuperiore hieme integram ABVLFEDÆ *geographiam*, et duos trientes *annalium Moſlemicorum* eiusdem. Ad quos libros ſi quis iuſtum commentarium ſcribere vellet, non modio, ſed plenis horreis forent admetien-

tiendae notae. Mirum itaque non eſt, ſi frigida nonnunquam et obſcura euaſit verſio illa vitae GABRIELIS, filii BACHTISCHVÆ (*Serui Ieſu*) et palato FREINDII ſe non approbauit, quin potius eum irritauit adeo, vt auctorem, neſcio, quo iure, aut quid ſibi volens, *enthuſiaſticum* appellarit. Ego vero licet ſciam Arabes, etiam ſapientiſſimos, longe plurimos eſſe enthuſiaſtas et tumultuarios, et rhapſodos, et plagiarios, dico, quod res eſt, hunc tamen ABV OSEIBAM non deprehendi παραπλῆγα, (in illis certe locis, quos FREINDIVS inſpexit,) licet plus, quam duos libri trientes perlegerim, et partem ſane non exiguam exſcripſerim. Et ſpero, fore, vt eruditus orbis eum *enthuſiaſmi* crimine abſoluat, quando, volente Deo, mea opera latine olim leget, quae inde mihi comparaui, excerpta. Male quoque habuit FREINDIVM, quod in hoc libro non inuenerit multa noua *Arabum medica inuenta.* Sed iniquum eſt a ſentibus ficus, et a carduis vuas quaerere. Negant ipſi Arabes, vltra HIPPOCRATEM et GALENVM ſe ſapere. Praeterea, vt iniquum foret a FREINDIO, vitas et res geſtas medicorum depoſcere, qui a GALENO inde floruerunt; vt qui noluit, niſi medicinae fata per iſtaec tempora exponere: ſic viciſſim iniquum eſt ab ABV OSEIBA fata medicinae poſtulare, qui nolebat, niſi *medicorum vitas* dare, et eorum quoque, qui, vniverſae naturae prudentes, medicinam cum ſtudio

ſapien-

ſapientiae coniunxerunt. Forte plura ſuam in rem inueniſſet FREINDIVS in altero ABV OSEIBÆ libro, quo collegit, vt ipſe ait: نوادر التجربات *raros caſus, e praxi medica deſumtos.* Quem mihi librum videre non contigit. *) Praeſens autem opus diſtribuit auctor in *quindecim capita* quorum 1. eſt de origine medicinae. 2. De primis illis medicis, qui hanc vel illam medicinae partem repererunt. 3. De gente graeca medica *Aſclepiadarum.* 4. De medicis Hippocraticis. 5. De GALENO aequalibus aut ſupparibus. 6. De Alexandrinis. Priora ſex haec capita neque perlegi, neque excerpſi, melius ea nos ſcire, quam Arabes, arbitratus, et ſimul ſpicilegium operae facturus, ſi quem forte antiquitates illas graecas ex Arabum fundo eruendi cupido inceſſet. Incepi itaque excerpere a *capite ſeptimo,* quod agit de *medicis Arabum,* ſic κυρίως dictorum, vt qui fuerunt *Maccae, Madinae,* tempore MOHHAMMADIS, et deinceps ſub Omaiiadarum Chalifatu Damaſci. Caput 8. exhibet medicos Irakenſes, ſeu qui Bagdadi curarunt, Chalifas de gente *Abbaſi,* quem ridicule ABBATEM appellant, partim Syri genere et religione et lingua (*Chriſtiani* enim erant illi:) partim genuini *Arabes,* ſed qui claruerunt in Irak ſub Abbaſidarum Chalifatu, dum is plena adhuc pote-

*) Non recte citaui tum ex memoria. Titulus eſt: حكايات الاطباء في علاجات الادواء
alibi citat. كتاب التجارب والفوايد

poteſtate florebat. Cap. 9. de medicis, qui libros HIPPOCRATIS, GALENI, ARISTOTELIS, PORPHYRII, THEMISTII, ALEXANDRI APHRODISIENSIS, aliorum, in Arabicum ſermonem transtulerunt, et de iis quoque, quorum id factum eſt auſpiciis. 10. De medicis per Irakam, Meſopotamiam, Deiar Bakri. Hi ſunt illi, quos auctor Catalogi Leidenſis *medicos Aſſyriae* appellat. Quod moneo, ne quis credat, hic inuenturum ſe nomen archiatri SEMIRAMIDIS aut SARDANAPALI. Hoc modo ſi licet procedere: Graecos appellabo, qui hodie dominantur Byzantio, quia Graeci olim ibi obtinebant; Ruſſos appellabo Scythas, Francos Gallos, et ſic porro. Non ſunt Aſſyriae medici, qui ibi terrarum floruerunt, quae olim Aſſyria dicebantur. Sed recenſet eo capite auctor medicos, qui Buiidis, et Hamdanidis potiſſimum, vt et Chalifis Bagdadicis, ſed iis omni auctoritate ſpoliatis, inſeruierunt. Cap. 11. exhibet medicos, qui per *Adzerbeigſchan*, *Choraſan*, *Fares*, *Mavara-an Nahram*, cet. clari exſtiterunt. Cap. 12. medicos Indos. Cap. 13. Libyas et Hiſpanos, qui nempe ſub *Aglabitarum*, *Omaijadarum*, MOLATTSCHAMINE et MOWACHCHEDINE dynaſtiis floruerunt. Cap. 14. medicos Ægypti, qui primum *Thulunidis*, dein *Fathemitis*-Alitis operam ſuam collocarunt. Cap. 15. et vltimum medicos, qui *Damaſci* potiſſimum et *Halebi* vixerunt in aulis *Eiubida-*

bidarum, et ſub initia dynaſtiae *Mamlucorum*, ſeu *mancipiorum*. En operis conſpectum. Ipſe autem auctor ad annum vsque, et forte vltra, *Hegſchgrae* 672. (id eſt, Chriſti 1273.) vixit.

Iam ipſa medicorum, quos capite quouis enarrat, nomina recenſere fas eſt. *Capite* ergo *ſeptimo* leguntur vitae ſequentium:

1) HARETSCHII, filii KALDAHI, Thajefenſis. 2) Eius filii, NADDHARI. 3) EBN ABV RAMTSCHAHI, Tamimitae. 4) ABDOLMALECHI, filii ABCHARI, Kananitae. 5) EBN ATSCHALI. 6) ABV CHACHEMI. 7) Eius filii CHACHEMI, Damaſceni. 8) Eius filii ISÆ (Ieſu). 9) TAIADZVKI (Theotychi). 10) Feminae ZAMAB, medicatricis Auditarum.

Capite octauo comparent hi. 1) GSCHVRGSCHIS (Georgius), filius GSCHABRIL (Gabrielis). 2) Eius filius BACHTISCHV ſeu ABDO l' MASICH, cuius vitam edidit FRINDIVS. 3) Huius patruus, BACHTISCHV, filius GABRIELIS. 4) Huius nepos GABRIEL, filius OBAIDOLLAHI, filii BACHTISCHV. 5) Huius filius OBAIDOLLAH ABV SAIDVS, filius GABRIELIS. 6) ISA (Ieſus) vulgo ABV KORAISCH. 7) EBNOl'LEGSCHSCHLAGSCHI. 8) ABDOLLAH, Thaifurenſis. 9) Eius filius SACHARIA (Zacharias). 10) Huius filius ISRAEL. 11) IAZID, filius IVHANNÆ, filii ABV CHALEDI. 12) ABDVZ, filius SAIDI. 13) SAHLO l' KVSAGSCHVS. 14) Eius filius, SAPVR. 15) MVSA (Moſes) filius ISRAELIS. Kufenſis. 16) MASARGSCHVVAIHVS, medicus Baſrenſis. 17) SALMAVAIHVS, filius BABBANI. 18) EBRAHIM (Abraham) filius FAZZARVNI.

19)

19) IIVBVS (Hiobus) vulgo dictus ABRASCH i. q. *maculosus*. 20) Eius filius EBRAIM. 21) GABRIEL, collyriator Mamuni. 22) MASVVAIHVS (Mesues) filius IVCHANNÆ. 23) Eius filius IVCHANNA (Ioannes). 24) Istius frater ISA (Iesus) filius MASVVAIHI. 25) CHONAIN, filius ESCHAKI (Isaci). 26) Eius filius ESCHAKVS (Isacus). 27) CHOBAISCHO l'ASCHAM i. e. *bicolor*. 28) IVCHANNA (Ioannes), filius BACHTISCHVI. 29) Eius filius BACHTISCHV. 30) ISA (Iesus), filius ALII. 31) ISA, filius IACHIÆ (Ioannis). 32) CHALLAGSCHIVS, alias IACHIA, EBN ABV CHACIM. 33) EBN MAHAN, alias IAKVB (Iacobus), Sirafensis. 34) SAHERVS i. e. *vigil*, alias IVSEKO l' KOSSVS s. *presbyter* dictus.

Caput *nonum* in duas partes diuisum est. Prima continet interpretes librorum Graecorum, tam medici, quam philosophici argumenti: altera eos, qui curarunt suis sumtibus tales libros in linguam aut *Syriacam*, aut *Arabicam* conuerti. Sub priori exhibentur: 1) GSCHVRGSCHIS. 2) CHONAINVS, filius ESCHAKI (Isaci). 3) ESCHAKVS (Isacus), filius CHONAINI. 4) CHOBAISCHO l'ASCHAM. 5) ISA (Iesus), filius IACHIÆ (Ioannis). 6) KOSTHA, filius LVCÆ. 7) IIVBO l'ABRASCHVS. 8) MASERGSCHIS (forte MAR SERGSHIS, h. e. *Dominus* SERGSCHIS. 9) ISA (Iesus), filius MASERGSCHIS. 10) SCHAHDIVS, Korrhensis. 11) Eius filius. 12) CHAGSCHAAGSCHVS, filius MATHRI. 13) TSCHABETVS, filius KORRAHI, Charranensis. 14) EBN NAEMAHVS. 15) DARVIA, filius MANGSCHVI, CHERNSENVS. 16) HELAL, Hemsenus. 17) KAINVNO t' TARGSCHAMANVS (Dragoman).

18)

18) ABV NASRVS, filius NAZI. 19) BASILO l' MATHRANVS f. BASILIVS, Metropolitanus. 20) MVSA (Mofes), filius CHALEDI. 21) GSCHIRVNVS, filius RABETHAHI. 22) OSTANVS. 23) TADRAS (Theodorus) SANKALVS. 24) SERGIVS, Rafainenfis. 25) IIVBO r' ROHAVIVS (Iobus Edeffenus). 26) IVSEFO n' NAKELVS h. e. translator, vel etiam NAES i. e. *dormitor*. 27) EBRAHIMVS (Abrahamus), filius SALTI. 28) TSCHABETO n' NAKELVS. 29) ABV IVSEPHO l' CATEBVS. 30) IVCHANNA (Ioannes) filius BACHTISCHVI. 31) BATHRIKVS. 32) IACHIA (Ioannes), filius BATRIKI. 33) KAIDHA r' ROHAVIVS. 34) MANSVR, filius BANASI. 35) ABV OTSCHMANSAIDVS, filius IACOBI, Damafcenus. 36) ABV ESCHAKVS EBRAHIMVS, filius BAKASI. 37) Eius filius ABV l' HASARVS. De horum in interpretando dexteritate aut imperitia iudicat, quos libros verterint, recenfet, maxime laudat CHONAINVM, BASILIVM, Metropolitanum, et quos duos, patrem atque filium, poftremo loco exhibuimus.

Inter fautores litteraturae Graecae, qui eam fua munificentia in gentem fuam introduxerunt, funt praeter CHALIFAHVM 1) SCHIRSCHVVS. 2) MOHHAMMAD, filius MVSÆ, (Mofis), vnus fratrum, *Schakeritarum* nomine celebrium. 3) ALIVS, filius IACHJÆ (Ioannis), vulgo EBNO l' MONAGSCHSCHEMIVS dictus. 4) THEODORVS, epifcopus. 5) MOHHAMMAD, filius MVSÆ, Abbafides. 6) ALIVS, vulgo FAIJVMENSIS dictus. 7) AHMED MOHHAMMAD, filius ABDO l' LAHI z' ZAIJATI, et alii.

Capite

Capite *decimo* prodeunt hi. 1) IAKVBVS (Iacobus), filius ESCHAKI (Isaci), Kendensis, vulgo KENDI dictus, cuius occasione simul de ABV MASCHERO differitur. 2) ACHMADVS, filius THAIJABI, Sarachsensis. 3) ABV l' CHASAN TSCHABETVS, filius KORRAHI, Harranensis. 4) Eius filius, ABV SAID SANNANVS. 5) Eius filius, ABV l' CHASAN TSCHABETVS, auo cognominis. 6) Huius ex fratre nepos ESCHAKVS (Isacus), filius EBRAHIMI, filii SANNANI. 7) ABV ESCHAK EBRAHIMVS, filius HARVNI, Harranensis. 8) Huius filius, ABV l' CHASAN TSCHABETVS. 9) EBN VASIF, Sabaeus. 10) GALEBVS. 11) Eius filius ABV OTSCHMAN SAIDVS. 12) ABDVSVS. 13) Huius nepos, SAEDVS, filius BASCHRI. 14) DAILEMVS. 15) Eius filius DAVVDVS (Dauides). 16) ABV OTSCHMAN SAIDVS, filius IACOBI, Damascenus. 17) RAKKENSIS. 18) FVTSCHARIVS. 19) EBN KARNIBVS. 20) ABV IACHJA, Maruensis. 21) IACHJA, filius ADII. 22) ABV ALIVS, filius ZAR'AHI. 23) MVSA, filius SAIJARI. 24) ALIVS, filius ABBASI, Magus. 25) ISA (Iesus). 26) DANIEL. 27) ABV l' CHASANVS, filius OMARI, filii, *Dachalensis.* 28) ABV IAKVB, Ahvazenus. 29) NATHIFO l' KOSSO r' RVMIVS. 30) ABV SAIDVS, Iamamensis. 31) Eius filius, ABV l' FARAGSCHI IACHJA, filius ABV SAIDI. 32) ABV l' FARAGSCHI IACHJA, Filius SAIDI, filii IACHJAE. 33) ABV l'FARAGSCH EBNO TH' THAIJABV. 34) EBN BATHLANVS. 35) PHADHVS, Tacritensis. 36) Eius frater, ABV NASR IACHJA. 37) EBN DINARVS. 38) ALIVS, filius EBRAHIMI (Abrahami) EBN BAKAS. 39) KOSTHA, filius LVCAE, Bozlabekensis. 40) MA-

SCOVAIHVS. 41) AHMEDVS, filius MOHHAMMADIS, Baladenſis. 42) EBN KUSINVS. 43) ALIVS, filius ISA l' KACHCHALI, cuius opus *de morbis oculorum*, quod auctor noſter ſummopere laudat, et valde commendat chirurgis, tanquam eo carere nequeant, eleganter ſcriptum arabice poſſideo. 44) EBNO *Sch'* SCHABLVS, Bagdadenſis. 45) EBN NACHTVVAIHVS. 46) ABV l'OLA SAIDVS. 47) ZAHEDO l'OLAMAJVS. 48) MOKBELIVS ſ. obſtetricarius. 49) Nilenſis. 50) ESCHAKVS (Iſacus), filius ALII, Rohaënſis. 51) SAIDVS, filius HEBATO l' LAHI. 52) EBN GSCHAZLAHVS, cuius liber *Takvimo l'Abdani* latine proſtat ſub nomine TEKVIN. 53) ABV l' CHATTABVS. 54) EBN, *Valethenſis*. 55) ABV THAHER EBNO l' BARACHSCHII. 56) EBN SAFIJAHVS. 57) AMINO D' DAVLAHVS, EBNO TALMIDZI. 58) BADIZVS, Aſtthralabicus. 59) ABV l' KASEM MOHHAMMAD, filius FADHLI, Bagdadicus. 60) ANTARENSIS. 61) ABV l' GANAJEM HEBATOLLAHVS, EBN ATSCHRADI. 62) Eius filius, ALIVS. 63) Eius filius ABV ALI l' CHASANVS. 64) Huius patruus, GAMALO d' DINVS, filius HEBATALLAH. 65) FACHRODDINIVS, Maredinenſis. 66) ABV NASR EBNO MASIHIJI. 67) ABV l' FARGSCHIVS, filius THOMAE. 68) EBNO l' MOVAMMELI. 69) EBNO l' MARESTANIJAHVS. 70) EBN SORAIR. 71) MOHADDZEBODDIN EBN HOBAL. 72) Eius filius SCHAMSODDINVS. 73) KAMALODDINVS, filius IONAE.

Capite *vndecimo* proferuntur ſequentes. 1) TSCHAJADVRES (Theodorus). 2) RABBANVS, Thabareſtanenſis. 3) EBN RABBAN, ABV

HA-

HASAN ALIVS, filius SAHLI, filii RABBANI. 4) ABV BACR MOHHAMMAD, filius SACHARJAE (Zachariae), Raijensis (vulgo Rases) 5) ABV L'HASAN ACHMEDVS, filius MOHHAMMADIS, Thabarestanensis. 6) ABV SOLAIMANVS, Segestanensis. 7) EBNO l' CHAMMARI. 8) ABV l' FARAGSCHIVS, filius HENDVI. 9) ABV MANSVRO l' CHASANVS, filius NVCHI, Komrensis. 10) ABV SAHLVS, Christianus. 11) SCHAICHO r' RAIJIS EBN SINA, vulgo AVICENNA. 12) HAFIVS. 13) BIRVNIVS. 14) EBN MANDAVICH, ISFAHANENSIS. 15) EBN ZADEKVS. 16) THAHERVS, filius EBRAHIMI, SCHAGSCHARI, i. e. *botanicus*. 17) EBNO l' CHATHIBVS, Raijensis s. RASES iunior. 18) KOTHOLVS, Misrensis. 19) SAMVL, filius IACHJAE, filii ABBASI, Africanus. 20) BADRODDINVS, Samarkendensis. 21) NAGSCHIBODDIN ABV CHAMEDVS, pariter Samarkendensis. 22) SCHARIF SCHARFODDIN ISMAEL.

Caput *duodecimum* sistit hos, 1) KONKAHVM. 2) SANGSCHAHLVM. 3) MONLAHVM. 4) SALEHVM, filium BAHLAHI, omnes Indos.

Capite *decimo tertio* occurrunt hi, 1) ESCHAKVS (Isacus), filius OMRAMI. 2) ESCHAKVS, filius SOLAIMANI Iudaeus. 3) EBNO l' CHAZZARI, Africanus. Ceteri sunt *Hispani*. 4) EBNO S SAMINAHVS. 5) GSCHARITHIVS. 6) EBNOSCH SCHAICHVS, Geometra, Granadensis. 7) EBNO s' SAFARIVS. 8) ZOHRAENSIS. 9) KERMANENSIS. 10) EBN CHALDVNVS. 11) CHAMDVNVS, filius ATSCHARI. 12) GSCHOSS-

VANVS, medicus Christianus. 13) EBN RVMANVS. 14) EBN MALVKAHVS. 15) AMRANVS, filius ABV AMRVI. 16) EBN THAMLVNVS. 17) CHARRANENSIS. 18 et 19) AHMEDVS et OMAR, fratres, filii praecedentis. 20) ESCHAKVS. 21) Eius filius IACHJA. 22) EBN FAGSCHIVS. 23) EBN OMMEL BANINE, vulgo ARAF. 24) ASBAGVS, filius IACHJAE. 25) SAID, EBN ABD RABBIHI. 26) EBNO l' HAITSCHAMI. 27) EBN GSCHALGSCHALI, botanicus, interpres *Dioscoridis*. 28) ABV l' ARAB. 29) EBNO dz' DZAHABI. 30) EBNO l' FAVVALI. 31) MERVAN, filius GSCHANNACHI. 32) GSCHASDAI. 33) EBN SAMHVN. 34) GAFEKENSIS. 35) SCHARIF MOHHAMMAD. 36) CHALFVS, Zohraënsis. 37) EBN BAKLARISCH. 38) ABV s' SALT OMAIJAHVS. 39) ABV MERVAN, filius SOHARI (*Aven Zoar*). 40) Eius filius, ABV l' OLA SOHAR. 41) Eius filius ABV MERVAN. 42) Huius filius, CHAFID ABV BECR, EBN SOHAR. 43) Huius filius ABV MOHHAMMAD ABDOLLAH. 44) ABV GSCHAZFAR HARVN, Rachchalensis. 45) ABV l' WALID, filius ROSCHDI (*Averroës*). 46) Huius filius, ABV MOHHAMMAD. 47) ABV l' CHAGSCHGSCHAGSCH IOSEPHVS, filius MVRATHIRI. 48) ABV GSCHAZFAR, filius GAZZALI. 49) ABV BACR EBNO l' KADHI. 50) Abu l' ABBAS EBNO r' RVMIJAHVS. 51) EBNO l' ASAMMI.

Capite *decimo quarto* comparent 1) VALENTIANVS. 2) EBN ZIRIKVS. 3) SAIDVS, filius THEOPHILI. 4) BALISSENSIS. 5) SAIDVS (Eutychius), filius BATRIKI (patriarchae). 6) AJA-

AJANVS, filius AJANI. 7) TAMIMICVS. 8) AMMANVS, Mauselensis. 9) CHAKIRO n' NAFER. 10) ALIVS, fil. SOLAIMANI. 11) EBNO l' HEITSCHAMI. 12) MOBASCHER, filius FATEKI. 13) ALIVS, filius RADHVANI. 14) EFRAIM, filius ZAVVANI. 15) EBNO l' AINZARBII. 16) ABV l'MOTHAFFER, filius MOARKEFI. 17) SCHAICHO s' SADIDVS. 18) EBN GSCHAMIVS. 19) ABV l' BAIJAN, filius MODAVVERI. 20) ABV l' FADHAJEL, EBNO n' NAKEDI. 21) MOVASSEKVS, filius SCHVAHI. 22) RAIJIS MVSA ABV AMARAN, MAIMONIDES. 23) ASADUS, Machallensis. 24) SCHAICHO s' SADID EBN ABV l' BAJAN. 25) GSCHAMALODDIN EBN ABV l' CHAVAFER. 26) Eius filius FATCHODDINVS. 27) Eius filius SCHAHABODDINVS. 28) KADHI NAFI S ODDINVS, filius ZOBAIRI. 29) AFTALODDINVS, Cunagensis. 30) ABV SALAIMAN DAVVD, EBN ABV l' MONA. 31) ABV SCHAKER, praecedentis filius. 32) RASCHID ODDIN ABV CHOLAIKAHVS. 33) Eius filius MOHADDZEBODDIN ABV SAID MOHHAMMAD. 34) RASCHID ODDIN ABV SAIDVS. 35) DHAJA ODDIN EBN BAIHARI (f. Baitharides.)

Capite tandem *decimo quinto* exhibentur 1) FARABENSIS (Alfarabius). 2) ISA (Iesus), Rakkensis. 3) ABV l' FARAGSCHIVS GEORGIVS, filius THOMAE, Bairutensis. 4) THAFER, filius GSCHABERI, Sokrensis. 5) MAVHVBVS, filius eius. 6) ABV l'HAKEM, Marinensis, Hispanus. 7) Eius filius ABV l' MAGSCHDVS. 8) ABV l' BADVCHVS. 9) CHACHIMO Z' ZAMANI ABDOE MONZEM. 10) MOHADDZEBOD-

BODDINO n' NAKKASCH. 11) SOKRAHVS, Halebensis. 12) Eius filius, AFIF. 13) EBNO S' SALLACHI. 14) SCHAHABODDINO S'SAHERVERDI. 15) SCHAMSODDINVS, Chovaijensis. 16) RAFIODDINVS, Gschilensis aut Gschabalensis vel Parthus. 17) SCHAMSODDINVS, Chosru Schabensis. 18) SAFIODDINVS, Amidensis. 19) MOHADDZEBODDIN ACHMED EBNO l'CHAGSCHEBI. 20) SCHERIFO l' KACHCHAL. 21) ABV MANSVR. 22) ABV n' NAGSCHMI. 23) ABV l'FARAGSCHIVS. 24) FACHRODDINVS, filius SAATI. 25) SCHAMSODDINVS filius LABVDII. 26) Eius filius, SACHEB NAGSCHMODDINVS. 27) ZAINODDINVS, Chafethensis. 28) ABV l' FADHL EBN ABDO l' KARIM, geometra. 29) MOVAFFEKODDIN ABDO l' AZIZ. 30) Eius filius, SADODDINVS. 31) ROHIJODDINVS, filius CHAIDARAHI, Rachabensis. 32) Eius filius, SCHARFODDINVS. 33) Eius frater, GSCHAMALODDINVS. 34) KAMALODDINVS, Chemsenus. 35) MOVAFFEKODDIN ABDOL LATHIF. 36) ABV l' CHAGSCHAGSCH IVSEPH (Iosephus), Iudaeus Africanus. 37) AMRAMVS, Iudaeus. 38) MOVAFFEKODDIN, filius SAKLABI. 39) RASCHIDODDINVS, Tyrius. 40) SADIDODDINVS, filius RAGFIXAHI. 41) SADAKAHVS, Samaritanus. 42) MOHADZDZEBODIN IOSEPHVS, filius ABV SAIDI. 43) Eius ex fratre nepos SAHEB AMINODDAVLAHVS, filius GAZZALI, filii ABV SAIDI. 44) MOHADZDZEBODDIN ABDO l' RAHMAN, filius ALII, filii CHAMEDI. 45) RASCHIDODDINVS, filius CHALIFAHI, nostri auctoris patruus. 46) BADRODDINVS, filius BAZLABEKI. 47) SCHAMSODDIN MOHHAMMAD, Kiillensis. 48) MOVAFFEKADDINO l' MANFACH. 49) AMADODDINVS, Donaisarensis. 50) AZZODDINVS, Sovaidensis. 51) MOVAFFEKVS, Samaritanus. 52) ABV l' FARAGSCHIVS,

VS, filius KEFFI, Karakanus, auctoris nostri discipulus, qui videtur idem esse cum illo ABV l' FARAGSCHIO, cuius *compendium dynastiarum* vir summus, EDVARD POCOKE, in lucem edidit.

Hi sunt medici post MOHHAMMADEM clari, *Moslemi*, *Christiani*, *Judaei*, *Samaritani*, *Sabaei*, *Indi*, quorum vitas auctor noster nunc fusius, nunc strictius persequitur. De se ipse saepius loquitur vltimo sui operis capite. Ipsum tamen eius verum nomen hactenus indagare non potui: Nam ABV OSAIBAH tantum est praenomen. Neque de hoc ipso mihi constat, quomodo scribatur; ABV OSAIBAH per *Elif* (A), an ABV OSAIBAH, per *Ain*: in neutro enim codice designabatur auctoris nomen. Quae de se ipse narrat, sunt breuiter sequentia: Pater eius fuit SADIDODDINVS, filius CHALIFAHI, (alias EBN ABV SABIAH, filii IVNASI, filius ABVL KASEMI, filius CHATIFAH). Genus ducit per SADVM, filium ABADAHI, ab CHAZRAGSCHO, celebris tribus Arabicae, et quidem Arabiae felicis, auctore. Pater eius fuit KACHCHAL, *oculista* s. *chirurgus*, latiori phrasi. Celeber medicus, ABV l' HASAN ALI RASCHIDODDINVS, patruelis fuit, et quidem collegio oculistarum Damasci praefectus ab MALECHO l' ADELO, SALADINI fratre. Praeceptorem habuit in philosophia RAFIADDINVM, Gschabalensem vel Gschilensem, in medicina patrem et patruelem. Curauit aegros in *nosocomio Naserico*, (s. ab

MALECHO n' NASERO inſtituto) *Cabirae*, anno 634. *Sarchadae* fuit medicus AMIRI AZEDDINI, *Moatthamici*, deinde *Damaſci* profeſſus eſt et exercuit medicinam, et anno 667. adhuc ſuperfuit. Sed natalis et fatalis annus mihi compertus non eſt. Scripſit praeterea *librum:* كتاب التجارب والفوايد *experimentorum* (medicorum vel caſuum practicorum) *et obſeruationum vtilium* (medicinalium). Promittit quoque كتاب معالم الامم *librum de monumentis gentium*, argumenti, vt patet, hiſtorici: Sed ſpecialis eius in eo condendo non apparet intentio. Forte voluit *hiſtoriam litterariam antiquam* in eo tradere.

Libri, de quo tractamus in praeſentia, de *vitis medicorum illuſtrium*, duo manuſcripti codices exſtant in hac bibliotheca, neuter integer. Sed quod vni deeſt, habet alter. In codice nimirum, quem *minorem* appello, (eſt is num. 76. p. 444. Catal. Bibl. Leid. n. 832.) deeſt longe plurima pars capitis *octaui* et *decimi*, et caput *nonum* integrum. Viciſſim eo ipſo loco, quo codex *minor* rurſus incipit in capite decimo, ibi deſinit codex *maior*, (n. 53. p. 444. num. 531.) vt adeo deſit codici *maiori* cauda capitis *decimi*, capita integra *vndecimum* et *duodecimum*, et longe maxima pars frontis capitis *decimi tertii*. Nullum in neutro codice apparet lacunae veſtigium. Librarii, qua erant ſagacitate, non videbant ſcilicet. Praeſertim qui *maiorem* codicem exarauit librarius,

rius, quale ſyncipit habuerit, inde colligas. Magnam partem capitis XIIII. et totum caput XV. bis ſcripſit, id eſt, plus, quam 150. paginas. Aut ergo fuit veterator et decepit ſuum μισθοδότην, aut pro capite cucurbitam habuit.

Agedum vero luſtremus, ſed breuiſſime, quid bonae frugis ABV OSEIBAH noſter afferat. Cap. VII. modum crudelem certe et periculoſae plenum aleae exponit, cohibendi ſanguinis ex arteria prorumpentis, quam imperitus barbitonſor pro vena ferierat. Reperio tamen apud PROSPERVM ALPINVM, hodienum apud Ægyptios, iſto caſu medicinam haud abſimilem obtinere. Vid. lib. II. cap. 12. *De Medic. Ægypt.* 2) De roborato ventriculo per *corticem* exteriorem *piſtachiorum.*

Caput VIII. res continet excellentes, *medicas* pariter atque *hiſtoricas.* 1) Obſeruationem de *vi conſuetudinis* in corpus humanum. Ait e. c. Hiſpanos tres drachmas ſcammonii ſumere ſimul et ſemel, idque vix tantum in illos valere, quantum valeat in ipſos Orientales, drachma ſemis. *) 2) De *mira mutatione cibi* eiusdem in

D 5 ven-

*) Turcas narrant opium ad drachmam vorare absque damno. Egregie huc faciunt illa APOLLONII DYSCOLI in *Hiſtor. mirab.* n. 49. Ἔυνημος ὁ χῖος, ὁ Φαρμακοπώλης, ἐλλεβόρȣ πίνων πλέονας πόσεις, ȣ̓κ ἐκαθαίρετο, καὶ ποτε ἔφη ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, συνθέμενος τοῖς ὁμοτέχνοις, περὶ δύο καὶ εἴκοσι πόσεις ἔλαβεν ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενος, καὶ ȣ̓κ ἐξυνέση ἀπὸ τῶν σκευῶν. τότε (ὀψὲ) δ᾽ ἀπῆλθε λέσασθαι καὶ δειπνῆσαι, ὥσπερ

ventriculo, quando *cum vino* ſumitur, quando *cum aqua niuata*, quando *cum* hac ſimul et aliis *eduliis* mixtus. 3) De *morbo Warſchin*, quod interpretatur *fracturam pectoris*, a quo qui conualuit, ſecurus integro anno non eſt, quin retrolabatur: quem ego morbum, quis ſit, ignoro. 4) De *cucurbitularum efficacia* in *apoplexia* calida. 5) De curata magna *cephalalgia* per oleum violarum, aquam roſarum, acetum vini et niuem. 6) De abnormi *obeſitate* per incuſſum mortis terrorem correcta. 7) De vſu letali *cucuſae* ex *galiah*. 8) Mirum et elegans exemplum *perfidiae pharmacopolarum*. 9) De admirabili efficacia *pilularum Eſtomachicon* in *dyſenteria* deplorata, quas ego baccas neſcio. 10) De curata *colica* per decoctum e radicibus apii et foeniculi, olei ricini et hiera picra. 11) De *diaeta antiphthiſica prophylactica* per 30. annos continuata e pullis asſis, intubis et oleo olivarum. 12) De *piſce Sendico*, de quo ſupra. 13) De communicatione *Gangis* cum *Nilo*. 14) De *paralyſi* a ſimultaneo piſcium et lactis eſu. 15) De letali *balneo* et potu *aquae frigidae* cum vſu dactylorum. 16) De letali

ὥσπερ εἰώθει, καὶ οὐκ ἐξήμεσε. τοῦτο δὲ ἔπραξεν ἐν πολυχρονίῳ συνηθείᾳ γεγονώς, ἀρξάμενος ἀπὼ ὀλίγων ἕως τοσούτων πόσεων. Πάντων δὲ τῶν Φαρμάκων αἱ δυνάμεις ἀσθενέστεραι τοῖς συνηθισμένοις. ἐνίοις δὲ καὶ ἄπρακτοι εἰσίν. ἄξιον δὲ ἐπιστῆσαι πρᾶγμα.

Ita refertur in *Hiſtoria Academ. Reg. H. Scientiar. Pariſ.* anno 1699. p. 57. aliquem potuiſſe poſt longum vſum ℥IV. *mercur. dulcis* impune aſſumere.

tali apparitione *puſtulae* in *ceruice*, quae, vt aperta fuit, aegrum ſuſtulit. Solent ita veſicae gangraenoſo ichore turgidae, et praeclare TVLPIVS *): *Gangraenam praecedit aquoſa cutis veſica, et inſequentem ſphacelum ipſa gangraena.*

Cap. X. habet obſeruationem 1) De *apoplexia* lanionis, ex eſu crudorum iecorum, per *Venae ſectionem* curata. 2) De eximio *camphorae* vſu in gangraena et conuulſionibus in membro amputato. 3) De *febre quartana* intermittente, 70. periodorum, ex intempeſtiue adminiſtrata venae ſectione, in aſthmate, vt videtur, ſenili. 4) De *hydropis* per clibanum curatione. 5) De introducta in Orientem cum feliciſſimo ſucceſſu, circa annum Hegſchrae 290. (id eſt, Chriſti 902.) *medicina frigida*, in morbis plurimis nervorum, vt in paralyſi, ſpaſmo cynico, colica, et aliis, et proſcripto contra regimine calido, datisque oxycratis, mucilaginibus, emulſis ſeminum frigidorum, iuſſisque aegris extra ſtragulas verſari. Noſtris quidem in terris contraria prorſus via eſſet ineunda, et tales aegri calido regimine tractandi, quoniam illi morbi frigori vtplurimum apud nos in acceptis ferendi ſunt. (vid. CELS. III. 3. *Vtique recte datur caſtoreum et cum hoc piper et laſer.*) Sed in Oriente haud raro proueniunt a calidis cibis et medicamentis. Ferunt, Indos ideo ſaeuis modis conuelli, quod aſa foetida potiſſimum in cibis pro condimento vtuntur. Supra quoque vidi-

*) Obſ. Med. I. 2. p. 5.

vidimus, Arabes piperis foliis, vt olere quouis alio, vesci. 6) Habet obseruationem de praesentanea *camphorae* efficacia in ictu scorpionis. 7) De virtute *cydoniorum* adstringente simul et laxante. 8) De *iuuene* quodam graeco cachectico, bilioso, alcalina acrimonia exeso et consumto; quem primum graeci medici calido regimine, sed infeliciter, tractauerant, torserantque balneis et psilothris e calce viua et arsenico, qualibus solebant post balnea corpus pumicare; dein Arabes susceperunt, et per frigida tractarunt, sed non meliore cum successu. Quem in finem in hoc iuuene mali habitus adhibuerint tam acria medicamenta, qualia sunt *calx* et *arsenicum*, non video. Nisi velimus credere, illum, pro more hecticorum *) sudoribus diffluxisse, quos illi graeci medici voluerunt compescere. *Aluum adstringit creta figularis corpori illita*, ait CELSVS I. 3. et III. 19. *Si sudor vincit, delinendus est homo vel gypso, vel cimolia creta, vel horum puluere respergendus.* Loquitur ibi de *cardiacis*, quos cum *hecticis* nostris eosdem esse, mihi persuadeo. 9) Refert de curato *hydrope* per esum locustarum, quae mesaraeo fuerant pastae. 10) De *sudore sanguineo* per esum panis hordeacei curato. Forte scorbuto laborauit homo.

Cap.

*) In Anglia et Belgio curarunt phthisicos et hecticos per aquam benedictam Pharmacopoeae Bateanae. Sed in Gallia eo curati perierunt. v. SCHVLTZ. Praelect. ad Dispens. Brandenb. p. 23.

Cap. XI. Obſeruat. 1.) *Fluxum ſanguinis* et inanitionem a deglutita hirudine †) curatum ſanatumque a RASI, per affatim ingeſtam cum aqua lentem paluſtrem, vt cuius amore et ſuauitate ducta hirudo ſtomachum reliquerit, et fuerit vomitu expulſa. 2.) De vtilitate *carnis viperarum* in *hydrope.* 3.) De nata ex nimio *clyſterum* vſu *excoriatione inteſtinorum*, et hanc ſecuta *epilepſia.* 4.) De curata *phthiſi* per *mel roſatum ſaccharatum.* 5.) De curata *cephalalgia* per impoſita capiti folia contuſa *hyoſcyami.*

Cap. XIII. habet obſeruationem 1.) De *aſthmate* a lactis vſu, per aquam niuatam ſanato. Quae curatio, mira prorſus, vt aegro ſalutem, ſic medico mortem tulit in patibulo ignominioſam. 2.) De ingenti *penis inflammatione*, quae nata fuerat ex impuro cum beſtia concubitu, cum caruncula vrethram obſtruente, ſanata modo prorſus empirico atque crudeli. Impoſitum glabro lapidi penem medicus ſubito praeter aegri exſpectationem, qua poterat, vi percutiebat manu in pugnum coacta, vt obturaculum et vlcus diſſiliret. Sapit hic caſus *luem veneream;* et poſſet inſeruire illis pro argumento, qui morbum hunc etiam veteribus cognitum fuiſſe contendunt. *) Accidit autem is caſus circa annum Chriſti 940. 3.) De *otal-*

†) De deglutita hirudine v. SEYDLITZ Itinerar. p. 480 ſq.

*) Meam non facio iſtam litem de antiquitate luis venereae. Id tamen miror, ab antiquitatis patro-

otalgia, per inſtillatum auri recentiſſimum et calentem adhuc columbae ſanguinem ſanata. 4.) De *Graecis*, HERODOTO et DIOSCORIDE, in Hiſpaniam a Romano Imperatore CPtano, ad NASERVM, Chalifam de domo Omaijadarum, miſſis, anno Hegſchrae 337. (id eſt, anno Chr. 948.) et de ſtatu literarum in Hiſpania tum temporis inter Chriſtianos, et de interpretatione arabica DIOSCORIDIS ab EBN GSCHALGSCHALI. Nam HERODOTVS arabice verſus non fuit defectu viri graece periti. 5.) De *medico* quodam *Hiſpano*, quem auctor abſurdum vocat et refutat, ideo balnea damnantem, quod ab iis corpora diſponi ad putredinem et diſſolutionem putaret. 6.) De *vite* et *vuis* vi laxante impraegnatis, in gratiam principis, qui purgantia deteſtabatur. 7.) De *cachexia* et *lurore* contractis ab aquae potu ex dolio, in quo ingens vetus rana latebat. 8.) De *apoſtemate* interno letali, ex uſu nimio ficuum. Conſtat enim, e homines

ex

tronis argumentum inde allatum non fuiſſe, quod veterum cinaedi paſſi fuerint in naribus et in palato vitium, a quo clare non potuerint eloqui, ſed *ῥέγχειν*, *ſtertere*, et *ronchiſſare* debuerint. Conf. diſerta, ſed acris oratio DIONIS CHRYSOSTOMI *Tarſica prior*, n. XXXII. et praeſertim p. 409. *ἐπιχώριόν τι νόσημα ταῖς ῥισὶν ἐμπέπτωκεν.* Et p. 410. *ἀποχωρῶν πτάρνυται, κἀκεῖνος εὐθὺς ἀνεβόησεν, ὡς εἴη κίναιδος.* Conf. IVLIANI Caeſares p. 4. lin. 30. ed. HEVSING. et ex PLINIO citata ibid. in not. p. 57. ISIDORVS MERCATOR (Scriptor ſaeculi VII.) in Canone 17. Synodi Ancyranae ex Codice IVSTELLI. *Pro his, qui in animalibus, vt animalia, fraciſcunt, vel in maſculis leproſi efficiuntur.*

ex vſu nimio ficuum male olere, et φθειριᾷν, contra ariduram et contracturam ficuum abſtinentiam inſecutam eſſe. Conf. RIVINI Diſſert. de pruritu exanthem. ab acaris p. 18. 20.

Cap. XIV. De *diarrhoea* letali ex eſu lactis bubalini. 2.) De ſtupenda *vi mentis* in morbis generandis et excitandis iis, qui latent. 3.) De medico, qui funeri obuius inclamarit, eum viuere, qui efferebatur, reddideritque vitae, rogatusque cauſſam coniecturae, dixerit, id ſe collegiſſe ex ſitu iacentis: non enim eum habuiſſe crura in directum porrecta, ſed reducta nonnihil, vt cum femoribus angulum acutum facerent. Friuolum argumentum: Alia praetereo.

Iudicabunt nunc eruditi, operaene pretium ſit, hunc librum legere et an vtilem in eo latino faciendo laborem inſumſerim. Prima enim mea cura fuit, ex quo ſolum verſus patrium ſalutaui, excerpta, quae ex hoc libro mihi feceram, latina ciuitate donare, et impreſſioni comparare, quam exſpectant.

OBSERVATIO XVII.

Sed mittamus hunc et codicem luſtremus, *MStum Arabicum*, quem poſt editam meam diſſertationem nactus ſum, ex donatione amici mei honoratiſſimi, et in litteris, praeſertim orientalibus, verſatiſſimi, GERARDI IOANNIS LETTE, *Haerlemenſis*, Theologiae Candidati. Is magnum, fauente fortuna, nactus apparatum Codicum MStorum Orientalium, olim *Golianorum*, quos in eo medicos habebat libros tres, pro

pro ſuo erga me amore meos eſſe volebat. Supra laudatum ſcilicet librum ALII, filii ISÆ, *de morbis oculorum*, EBN SINÆ (Avicennae) *aphoriſmos* medicos rhythmicos, أرجوزة dictos, et tandem RASIS *librum nonum Manſurici*, de quo verba facere nunc volo. Cenſetur enim integrae iſtius δεκαβίβλȣ praeſtantiſſimus. FREINDIVS in *Hiſtoria medicinae*, de illo multa cum laude diſſerit. Occurrit mihi quoque nuperrime editum Berolini *Schediaſma de codicibus MStis medicis Berolinenſibus* *), in quo libri huius latina verſio recenſetur. Codex olim *Golianus*, nunc meus, *charactere Ebraico* exaratus eſt, difficilis lectu, et cuique capiti ſubiectum exhibet commentarium Ebraicum, neſcio, cuius Rabbini. Solet Iudaea gens *Arabicâ* ſcripta *Ebraico* charactere exarare, cuius rei ſpecimen dedit vir ſummus, EDVARDVS POCOKIVS, in *Porta Moſis*. Continet capita 97. quorum en indicem!

في الصداع والشقيقة 1) *De dolore capitis et hemicrania.*

في الدوار 2) *De vertigine et ſcotomia.*

في البرسام 3) *De phrenitide et mania.*

في السكتة 4) *De apoplexia.*

في السبات 5) *De Comate.* Ebraeus vertit עשוביאם (aſſoupiſſement.)

في

*) Hoc edidit Cl. MOEHSEN. G.

في السقوط	6) De *lapsu*. Ebr. vertit קונגילאסיו (*congelatio*)
في الفالج	7) De *paralysi.*
في الخدر والرعشة	8) De *νάρκη* et *tremore* הרעשוג יטול האברים
في اللقوة	9) De *spasmo cynico.*
في التشنج	10) De *aridura* (אישפשמו *spasmo*)
في الصرع	11) De *epilepsia.*
في الكابوس	12) De *incubo.*
في المالنكوليا	13) De *melancholia.*
في الزكام	14) De *catarrho.*
في الرمد	15) De *ophthalmia.*
في القروح في العين	16) De *vlceribus oculorum.*
في ما يسقط في العين	17) De *illabentibus in oculos.*
في البياض الحادث في العين	18) De *albugine, gutta serena.*
في الجرب والسبل	19) De *pterygio.*
في الحمرة في الاماق	20) De *ardore canthorum.*

في الضفرة	21) De *pterygio.*
في الضرفة	22) De *puncto nigro.*
في الدمعة	23) De *epiphora.*
في ضعف البصر	24) De *hebetudine visus.*
في انتفاخ الاجفان	25) De *inflatione palpebrarum.*
في الشعر المنقلب	26) De *trichiasi.*
في الماء النازل في العين	27) De *catarrhis* aut *cataractis oculorum.*
في العشاء	28) De *luscitie, (nyctalopia.)*
في الانتشار في العين	29) De *dilatatione pupillae.*
في الناصور الحادث في الاماق	30) De *fistula lacrumali.*
في الوجع الحادث في الاذن	31) De *otalgia.*
في القرحة في الاذن	32) De *vlcere aurium.*
في الدوي والطنين	33) De *bombo* et *tinnitu aurium.*
في ثقل السمع	34) De *difficultate auditus.*

في الدود والهوام الداخلة في الاذن	35) De *vermibus et aliis insectis in aurem irrepentibus.*
في ما ينشب في الاذن	36) De *incidentibus in aurem.*
في الرعاف	37) De *haemorrhagia narium.*
في القروح في الانف	38) De *vlceribus narium.*
في النواصير الحادثة في الانف	39) De *excrescentiis narium* (פוליפו *polypo.*)
في عدم الشم	40) De *perdito olfactu.*
في وجع الاسنان	41) De *dolore dentium, odontalgia.*
في قلع الاسنان	42) De *euulsione dentium.*
في الضرس والخدر في الاسنان	43) De *dentium hebetudine et insensilitate.*
في القلاع	44) De *aphthis.*
في اللثة الدامعة	45) De *gingiuis sanguinem fundentibus.*

46) De *procidentia columellae.* — في سقوط اللهوة

47) De *eo, qui hirudines deglutiuit.* — في العلق

48) De *illabentibus in fauces.* — في ما ينشب في الحلق

49) De *grauitate linguae.* — في ثقل اللسان

50) De *lingua extra os propendente,* (προπετεῖ.) — في ادلاع اللسان

51) De *nodis sub lingua,* (כובר הלשון) — في العقد التي تحت اللسان

52) De *tumoribus linguae.* — في الاورام الحادثة في اللسان

53) De *angina.* — في الخوانيق

54) De *tussi.* — في السعال

55) De *asthmate vel orthopnoea.* — في الربو

56) De *pleuritide.* — في ذات الجنب

57) De *peripneumonia.* — في ذات الرية

58) De *haemoptysi.* — في نفث الدم

59) De *phthisi.* — في السل

في

في الخفقان	60) De *palpitatione cordis.*
في الهيضة	61) De *cholera.*
في ما يقوي المعدة	62) De *ventriculum roborantibus.*
في الورم والوجع في المعدة	63) De *inflammatione et dolore ventriculi.*
في الفواق	64) De *ſingultu.*
في الشهوة الكلبة	65) De *fame canina.*
في اوجاع الكبد	66) De *doloribus iecoris (hepatitide.)*
في اليرقون	67) De *ictero.*
في الاستسقاء	68) De *hydrope.*
في اوجاع الطحال	69) De *lienis affectionibus.*
في القولنج	70) De *colica paſſione.*
في الخلفة	71) De *dyſenteria* (שלשול הבטן.)
في عسر البول	72) De *dyſuria.*
في الحصاة	73) De *calculo renum.*
في الورم الحادث في الكلي والمثانة	74) De *inflammatione renum et penis.*

في حرقة البول	75) *De arſura vrinæ.*
في بول الدم	76) *De mictu cruento.*
في سلس البول	77) *De diabete.*
في الدود الكاين في البطن	78) *De vermibus ventris.*
في النواصير والشقوق الكاين في المقعدة	79) *De fiſtulis et rupturis ani.*
في نتو المقعدة والرحم	80) *De procidentia ani et vteri.*
في قطع الطمث	81) *De ſuppreſſione menſium.*
في ادكار الطمث	82) *De prouocandis menſibus.*
في الشقاق في القبل	83) *De fiſſuris vaginae.*
في الورم في الرحم	84) *De inflammatione vteri.*
في القروح في الارحام	85) *De vlceribus vteri.*
في علاج اختناق الارحام	86) *De curatione ſtrangulationis vteri, (paſſionis hyſtericae.)*
في العلة المسماة الرحا	87) *De mola.*

في

في الفتق والفتك	88) *De procidentia et ruptura (herniis.)*
في النقرس وعرق النسا ووجع المفاصل	89) *De podagra, iſchiatide, et arthritide.*
في الحدبة	90) *De gibbere.*
في الدوالي	91) *De cancris.*
في دا الفيل	92) *De elephantiaſi.*
في تقرح القطاة وهو طرق الصلب	93) *De exulceratione natium, quæ eſt emollitio ſpinæ* (ſic ad verbum).
في الاوجاع الحادثة في الاضاء الظاهرة	94) *De doloribus partium externarum.*

Haec ſunt, quae RASES libro *nono* ſui *Manſurici* pertractat. Iuuat eius quoque ſpecimen adferre. Eſto id *caput ſeptimum* de *paralyſi.*

اذا لم يمكن الانسان ان يتحرك او
يحرك بعض عضاية او جماعة منها او لم
يحس بها فانا نقول ان به فالجا من
ذلك العضو او الاعضاء ونبدا من علاجه

 بان

بان تسقيه حب المنتن الذي الفته وصفته
ايارج فيقرا ي درهم حنظل وماء هبيرهتره
وشبرم [1] من كل واحد ه درهم فربيون [2]
درهمين ونصف وجند بادستر وفلفل وحلتيت
وسكبينج [3] وجواشير [4] وشيطرج [5] هندي
وخردل من كل واحد درهم قنطوريون [6]
دقيق وعصارة قثا الحمار [7] من كل
واحد خمسة دراهم تحل الصموغ بماء
السذاب [8] وتعجن وتحبب وهي عشرة
شربات ثم ترحيه ثلاثة ايام وتجعل غذاه
فيها ما الحمص والزيت والخردل وتسقيه
شربه اخري تفعل ذلك مرات ثلاثة وترحيه
ايام ثلاثة وتغذوه بالقلايا المبزرة والمطجنات
وتسقيه ما العسل وتمرخ الاعضاء بدهن
القسط وصفته يوخذ اوقي قسط وثلث اوقية
فلفل وثلث اوقي عاقر قرحا [9] وثلث اوقي
فربيون

1) אוכלא והו טיטימאל Ebraeus ſcholiaſtes.
2) איב טורביום Mirum, quare EVPATORIVM reddat: claris enim litteris EVPHORBIVM deſignat. 3) סי אפינום 4) אפאפונאק 5) טאפסיא 6) שיבטאוריא 7) ריפטוקם והו 8) רודא In *materia medica Kabirina*, PETR. FORSKAALII *de ſcriptoribus animalium, auium* cet. adiuncta p. 146. hoc vocabulum ſie *Elif* سنذب ſcribitur. Forſitan vero ſcribendi vitium eſt: Certe GOLIVS et CASTELLVS cum auctore noſtro poſt ذ Elif habent. H. 9) פילימרום

قربيون (10 ونصف اوقي جندبا دستر ويغنك
في نصف رطل دهن خيري (11 ودهن
النرجس ونستعمله ونسقيه في ايام الراحة
كل يوم وزن درهم من ماء البلادري
ونسخته يوخذ زنجبيل وعاقر قرحا والحبة
السودا وقسط وفلفل ودار فلفل (13 ووج (14
من كل واحد عشرة دراهم مر (15 احمر
وورق السنداب اليابس وحلتيت وزراوند (16
وحب الغار (17 وجنطيانا (18 وجند بادستر
وشيطرج (19 هندي وخردل من كل واحد
خمسة دراهم عسل البلادر خمسة دراهم تلت
بدهن جوز وتعجن بعسل وترفع وهو دوا
عظيم النفع جدا للسكتة والفالج واللقوة
والرعشة وللذع العقارب ولجميع الامراض
الباردة والتشنج الرطب وهو يعرف من
ساعته ويجلب حبا فانا ابدا والا فارحناه
عشرة ايام من كل علاج الا الحمية ثم
عاودناه بالعلاج واذا حدث الفالج من
ضربة او سقطة فانه ان حدث دفعة بقي
بحاله ذلك ولم يبري وان حدث قليلا قليلا

 فانه

10) איבטורביום
11) אישפליגו
12) נארכישום
13) פיפרי לונגי
14) אקורש
15) מירא
16) אריסטולוגיא
17) לאוריל
18) גנסיאנא
19) מאפסיא

فانه ينبغي الموضع الذي وقعت فيه الضربة
ان يضمد بهذا الضماد وصفته دقيق الحلبة
وحب البان (20 وحب المحلب (21 وحب
الخروع (22 ومقل (23 واشق (24 وشحم البط (25
وشمع ودهن سوسن يتخذ ضمادا ويضمد
به ان شاء الله h. e. *Quando nequit homo ſe mouere, aut totum, aut membrum quoddam ſuum, aut aliquot membra ſua, aut nullum in iis ſenſum percipit: eſt in eo* FALEGSCH, *paralyſis iſtius membri, aut iſtorum membrorum. Incipimus eius curationem inde. Praebemus ipſi catapotia fetida, quorum haec eſt formula. R. Hierae picrae dr. X. Pulpae colocynthidis, aquae Hizhazah *) et eſulae ana dr. V. Euphorbii dr. IIß. Caſtorei, piperis, aſae fetidae, ſagapeni, opopanacis, thapſiae Indicae, ſinapis, āā dr. I. Centaurei minoris, elaterii, āā dr. V. Solue gummata in aqua rutae, ad debitam conſiſtentiam. Fac pilulas doſium decem. Poſtea ſines ipſum medicina per triduum non uti. Ciba-*

20) סימין ביאין והוא אלי אסמין 21) נוקליאוס
22) פאלמא קרישט 23) בירילין 24) ארמוניאקום
25) אנאט

*) Neſcio, quid ſit: neque Rabbinus explicuit, neque VESALIVS in paraphraſi habet. R.
Hanc verſionem VESALII elegantem et ſatis fidelem Cl. REISKE in notulis perituris dixit. G.

Cibabis interea oxygala **), *oleo, ſinapi, et iterum dabis pilulas. Tribus vicibus* †) *id facies. Dein permittes abſtinere per tres dies, et cibabis aſſatis cum oleribus et frixis in ſartagine: hydromel propinabis: vnges membra oleo coſtino, cuius haec eſt formula: R. Coſti vnc.* I. *Piperis vnc.* III. *Pyrethri, Euphorbii aa* $\frac{1}{3}$ *vnc. Caſtorei vnc. ß. Conterantur cum libra ß. olei Chairini aut narciſſini (vel iaſmini). Hoc vtere. Diebus vacuis a medicina exhibe potandum linctum, cuius haec eſt formula: R. Zinziberis, pyrethri, Sem. melanthii, Coſti, piperis vulgaris, piperis longi, acori, aa dr. X. Myrrhae rubrae, fol. rutae ſicc. aſae fetidae, ariſtolochiae, laureolae, gentianae, caſtorei, thapſiae Indicae, Sinapis, ana drachmas quinque, mellis anacardii, totidem dr. Subigantur cum oleo nucum: coquantur ex melle, reponantur ad vſum. Eſt id medicamentum valde proficuum in apoplexia, paralyſi, ſpaſmo cynico, tremore artuum, morſu ſcorpionum, et omnibus morbis frigidis, item aduerſus ariduram (aut contracturam) humidam: pellit enim protinus ſudorem, et inducit febrim, his ſi ſanatus fuerit aeger: Sin minus: facimus ipſi otium omnis medicationis per decem dies; deinde repetimus eam. Quod ſi cauſſam habeat paralyſis ictum aut lapſum, et vno mo-*

**) VESALIVS habet: *decocto cicerum.*

†) i. e. tertia vice: nam duae praecedentes cum hac tertia faciunt tres.

momento ſimul atque ſemel inuaſerit, eſt inſanabilis. Quod ſi vero paullatim ſubrepſerit: neceſſe eſt, hoc emplaſtrum percuſſo membro circumponere. R. Farin. foenugr. myrobal. nucl. Machlab [a]), *granorum Charuai* [b]), *bdellii, ammoniaci, adipis anatis, cerae, olei liliorum. Iuuabit, ſi Deus velit.*

Tantum de RASE in praeſentia. Poſſem nunc opuſculo huic finem imponere: ſed gratiam quoque ſtudebo apud *poëſeos* amantes inire, et ex celebri Poëta *Arabe*, MOTANABBIO, deſcriptionem *febris* adferam, quam ille *Miſrae (Kabirae* poſtmodum) tolerauerat, et cuius originem aeger a motus defectu repetit. Haud male. Poteram integrum carmen dediſſe; ſed quoniam videri poſſet inadſuetis paſſim obſcurum, ideoque commentario indigere: malui excerpta dare.

اقمت في ارض مصر ولا وراي تخب
الركاب ولا امامي
وملني الغراش وكان جنبي يمل لقاءه في
كل عام
قليل عايدي سقم فوادي كثير حاسدي
صعب مرامي
عليل الجسم ممتنع القيام شديد السكر من
غير المدام

وزايرتي

a) GOLIUS in Lexico reddit: *grana, nucleis* ceraſinis per omnia ſimilia, quae ex Adzerbijam aſſeruntur.

b) Schol. Ebr. explicat: *palmae Chriſti.*

وزايرتي كان بها حياء فليس تزور الا
في الظلام
بذلت لها المطارف والحشايا فعافتها
فباتت في عظامي
يضيق الجلد عن نفسي وعنها فتوسعه
بانواع السقام
اذا ما فارقتني غسلتني كانا عاكفان
على حرام
كان الصبح يطردها فتجري مدامعها
باربعة سجام
اراقب وقتها من غير شوق مراقبة المشوق
المستهام
ويصدق وعدها والصدق شر اذا القاك في
الكرب العظام
ابنت الدهر عندي كل بنت فكيف
وصلت انت من الزحام



الا يا ليت شعر يدي النسي تصرف في
عنان او زمام
وهل ارمي هواي براقصات محلات المغاوف
باللغام
فربتما شفيت غليل صدري بسير او قناة
او حسام

فضاقت

فضاقت خطة فخلصت منها خلاص الخمر
من نسج الفدام
وفارقت الحبيب بلا وداع وودعت البلاد بلا
سلام
يقول لي الطبيب اكلت شيا وداوك في
شرابك وفي الطعام
وما في طبه اني جواد اضر بجسمه طول
الجمام

* *

فان امرض فما مرض اصطباري وان احمم
فما حم اعتزامي
فان اسلم فما ابقي ولكن سلمت من
الحمام الي الحمام
تمتع من سهاد او رقاد ولا تامل كري
تحت الرجام
فان لثالث الحالين معني سوي معني
انتباهك والمنام

i. e. *Subſtiti in Aegypto, ſic, vt nunquam inter, aut coram, aut poſt me equitantes, ipſe eques, volarem.* [a])

Lectum tandem capiebat mei taedium, quum antea latus meum taederet, vel quouis anno ſemel lectum attingere.

Pauci erant ibi, qui me viſitarent animo aegrum; multi vero inuidi: difficile conſequutu erat, quod cupiebam.

Aeger enim corpore: ire, quo vellem, non licebat. Vacillabam prae temulentia, ſed ea non vinolenta. [b])

Vnam

a) i. e. exegi Miſrae absque motu corporis.

b) Sed a curis et aduerſitatibus, et ira concepta. *Der Kopf war mir wüſte.*

Vnam habebam viſitatricem, ſed eam, vt videbatur, ſuppudibundam: nam, ingruentibus tenebris, tantum me viſitabat. c)

Illi ego quidem offerebam puluinaria et ſtragulas, vt in iis mihi accumberet: ſed faſtidiebat. Et propterea pernoctabat in meis oſſibus.

Cutis quidem mea nimis erat anguſta, quam vt me ſimul et illam caperet: nihilominus tamen ſciebat illa modos varios morborum, quibus illam (cutim meam) ampliaret. d)

Quando me relinquit, lauat me, quaſi fuiſſemus nos duo illicito commercio impliciti. e)

Videtur aurora illam pellere: quapropter illa, prae dolore neceſſarii diſceſſus lacrumarum quatuor f) *riuos vberrimos effundit.*

Obſeruo tempus reditus eius, absque tamen deſiderio, vt amans ſui impotens.

Illa quoque ſuum promiſſum et condictum fideliter ſeruat. At ea peſſima eſt promiſſorum fida obſeruantia, quae te magnas coniicit in anguſtias.

O filia temporis! g) *Circumſtat me omnis generis filia temporis (ſ. calamitas). Quomodo ergo potuiſti tu tam confertam turbam perrumpere, et ad me penetrare?*

O vtinam ſciret manus mea, an rurſus tractatura ſit aut frenum (equi), aut habenam (cameli)!

Et

c) Intelligit *febrem*, veſpere accedentem.

d) Eleganter breuiſſimis deſcribit ſymptomata febrilia. Quando primum conſtringitur cutis et aret, artus frigent, rigent, horrent, ſanguis ad cor et viſcera cogitur et compingitur; deinde, concepto inteſtino motu, prorumpit ad peripheriam corporis, laxat poros, tranſpirationem et ſudores producit.

e) Mohhammadani poſt pollutiones nocturnas et omnem vſum Veneris a lege iubentur lauari.

f) Mea quidem opinione dicere vult: *Geminae manus et gemini pedes vberrime ſudant.*

g) Arabes appellant omne infortunium *filiam temporis vel fortunae:* eſt enim omnino productum inconſtantis fortunae.

Et an consequuturus sim vota mea ope (camelorum) tripudiantium, quarum frena sunt spuma coronata.

Nam saepe morbum pectoris mei [h]) *per iter sanaui, aut per hastam, aut gladium.*

Saepe sic euasi ex angusto negotio, vt vinum euadit per angustam telam coli.

Saepe deserui amicum absque valedictione [i]), *et valedixi vrbibus absque salutatione.* [k])

Dicit quidem mihi medicus: Comedisti aliquid. Morbus tuus venit a cibo et potu (ab errore in diaeta commisso):

Atqui medicus meus in medicina sua et libris suis medicis non habet scriptum, quod ego sim generosus equus, cui nocet, diu in stabulo stare.

* * *

Vtut aegrotem, mea tamen patientia non aegrotat. Vtut febriam, mea tamen constantia non febrit.

Et si rursus conualescam, quid inde? Aeternum non viuam. Tantum ab vna morte saluor ad alteram.

Ergo fruere siue vigiliis, siue somno, quamdiu licet; neque exspecta somnum sub cippis sepulcralibus.

Sane longe aliud quid significat tertius ille status (mors), quam significat aut status vigiliarum, aut status somni.

Sic miscellaneis hisce medicis Arabicis finem impono.

h) Hoc non medice, sed moraliter intelligendum: *Morbus pectoris* eo sensu est Arabibus omne, quod taedio, curis, angustia afficit.

i) Scribebat hoc in fuga sua ex aula *Cafuri* Eunuchi, qui noluerat immanes poetae adulationes magni emere, vt alii principes faciebant. Quapropter indignatus poeta noster multa flagitiose in eum dixerat.

k) i.e. multas vrbes prorsus non accessi.

II.

II.


IOANNIS ERNESTI FABRI

PROF. LINGVAR. ORIENTAL. NVPER IENENS.

DE

MANNA EBRAEORVM

OPVSCVLA.



HISTORIA MANNAE
INTER
EBRAEOS.

PARS PRIMA
DE MANNAE VARIETATE.

§. I.
Occasio et institutum.



Muneris, quod mihi est indulgentissime delegatum, rite capessendi caussa, cum aliquid scribendum esset, rem sumsi vetustate temporis, longinquitate terrarum, facti etiam insolentia valde insignem, lubricam et obscuram. [a]) Noui, quantas illi tenebras offuderint tum commentitiae Iu-

a) Subiecta scilicet est huic disputationi potissimum historia *mannae*, quae traditur Exod. XVI. et Num. XI. Sed plurium praeterea V. ac N. T. locorum explicationem illa complectetur.

daeorum fabellae ac nugae [b]); quas reprimere et animis, in quibus inueterarunt, eximere, operosum est; tum vana non minus, quam saepe aliena nonnullorum studia hominum, qui, neglecta rerum natura historiaeque fide, aut opinione regerentur ante concepta, [c]) aut ingenii luxuriae nimis indulgerent. [d]) Video quoque, in tanta rei difficultate et obscuritate quaedam mihi superesse, in quibus expediendis adhuc frustra operam collocaui. Sed hac religione ab isto conatu nequaquam repulsus, quin potius ad eundem persequendum excitatus, proferenda iudicaui, quae veri videndi cupiditate inuestigata et inuenta puto ad rem illustrandam quocunque modo valere: spe adductus, fore, vt et haec ipsa, quae nondum extra omnem dubitationem posita sint, eruditorum opera, si qui forte in posterum etiam, eiusmodi regia munificentia adiuti, quam in immortali Daniae Rege nuper admirati sumus, in has Orientis regiones, remotissimas illas et accessu difficillimas, itinera suscipient, aliquando ad liquidum perducantur. Sed sunt quaedam praeparanda et praestruenda prius, quam ad id ipsum, quod propositum est, acce-

b) Legat, qui volet, tales apud BVXTORFIVM *in Hist. Mann.* c. II. et apud CALVOERIVM in *Gloria Mosis*, Diss. II. p. 59.

c) Exemplo sunt auctores modo laudati, et vt recentiorem adiiciam, NELSONVS *in der antideistischen Bibel*, ad Exod. XVI. 15. ex Versione Germanica.

d) Illustre exemplum extat in HERM. VON DER HARDT *Ephemeridibus Philol. Discurs.* VII.

accedere licet. Itaque in duas maxime partes omnis de manna Ebraeorum quaeſtio diſtribuitur. Primum declaranda eſt vniuerſa mannae ratio et forma multiplex ac diuerſa: qua ignorata aut negligentius deſcripta, quorum opera eſt in hoc genere verſata, ſtudio euentum defuiſſe, haud mirum eſt: deinde quae fuerint eius inter Ebraeos genera nobiliora, qui horum vſus, quae denique quaſi fata, diſquirendum.

§. II.

Mannae nomen.

Ipſum *mannae* nomen vnde ductum ſit, quamque ſibi ſubiectam habeat vim ac poteſtatem, etſi ad ipſius rei cognitionem parum intereſt ſcire; tamen quoniam inter eruditos diſceptari video, non eſt omnino praetereundum. Plurimis idem valere, quod dixeris latine, *quid?* placet. Etenim Ebraeos Aegyptiorum tyrannidi ac libidini ſubductos et horrida peragrantes Arabiae deſerta, quum non tam fame confectos, quam lauti victus, quem Nili foecundum ſolum praebuerat, deſiderio percitos atque impatientes optimus Deus liberali *mannae* pluuia excitaſſet, ad huius conſpectum, *quid ſit* (ita Ebraica *man hu* latine reddunt) exclamaſſe aiunt. Quae ſententia huic aetati admodum probata et peruulgata, eſt quidem longe vetuſtiſſima, [e]) veterum quippe inter-

e) Ita enim Exod. XVI. 15. *Alexandrinus*, *Syrus*, *Latinus*. Copioſius IOSEPHVS *Antiqu. Iud.* III. 10. *καλȣσι δε Ἑβραιοι το βρωμα τȣτο Μαννα· το γαρ*

interpretum ferme f) communis; at vero illa, si verum quaerimus, vix ferenda. Nam a verbulo isto, *quid*, esse tractam rei appellationem, praeter-

quam

γαρ Μαν ἐπερωτησις κατα την ἡμετεραν διαλεκτον, τι τȣτ' ἐστι; ἀνακρινȣσα, h. e. *Ebraei appellant cibum hunc* Manna; Man *enim more loquendi nostro*, quid sit, *interrogat*. Sed falsus est omnino IOSEPHVS. Neque Ebraei, neque Chaldaei, *Manna* dicunt; sed illi *Man*, hi *Mana*. Nec magis *Man*, siue Ebraeo, siue Chaldaico more, *quid sit*, interrogat; sed Ebraico *Mah*, מה, Chaldaico *Mana*, מנא, vt Syriaco *Mono*: nequaquam ad Ebraicum Mannae nomen apposite. Sed eandem quoque sententiam tenuerunt sua quisque librorum sacrorum versione decepti ecclesiae patres atque nonnulli ex Rabbinis: quos Arabicum morem testantes iam risit ABENESRA. Arabum enim et Chaldaeorum atque Syrorum מן tantum ad homines pertinet, non item ad res. Multo ineptius, quod ad binas extremas nominis Mannae litteras attinet, argutatur auctor Etymologici Traiectini, nondum impressi, sed a Cel. SEGAAR in Epistola Critica ad Cel. VALKENARIVM cum AMMONIO et Dictionario Ecclesiastico collati, in qua p. 41. haec de Manna leguntur: σημαινει, τι τȣτο· ȣ γαρ σημαινει την τροφην κυριως· ἠγειρωντο γαρ πρωϊ, και ἑυρισκον ἀυτο, ὁσον αρκειται ἀυτοις τȣ Φαγην (Φαγειν) Μαν λεγοντες. Και λοιπον ἐλθοντες ὁι Ἑλληνες προσεθηκαν το να· και σημαινει, τι τȣτο· εἰχον γαρ τȣτο, ὁτε ηθελον (ἠλθον) εἰς τινα τοπον, και ἀπο διοχιλιων πηχων ἐποιȣν την σκηνην. Samaritani et ONQVELI quae fuerit sententia, cum alter Ebraicum retinuerit, alter substituerit מנא, quod modo mannae nomen est, modo interrogat, haud liquet.

f) Arabs certe alio spectasse videtur. Reddit enim: הוא מן *hu man*, quod pessime conuertunt, *hoc quid?* cum ad litteram sit: *hic quis*; id vero minus apte et composite Quare paullo aliter elatum reddo: *hoc est donum* siue *Manna*. Addit: *ignorabant enim* מא הו, *quid esset*.

quam quod alienum minusque consentaneum est: tum etiam ex Ebraicae affiniumque linguarum inscitia haec omnis nata est coniectura. [g]) Multo minus audiendi sunt, qui mannam a portione [h]) aut alimento, [i]) quod praestitit Ebraeis, dictam volunt, aut qui vel Aegyptiam, vel Sinicam, vel Gothicam linguam, [k]) a communi Orientis more prorsus abhorrentem, ad illius notationem illustrandam, prorsus inuita Minerua, testantur. Cur enim Arabum, quibus est istud nomen longe familiarissimum, temere deseram scriptionem? [l]) ad quos ab Ebraeis demum transiisse, quum res, quae eodem appelletur, non horum studio aut cultura sit

 reper-

g) Id satis apparere, puto, ex nota a. Placuit quidem nonnullis, *Dagesch*, quod verbo מה, *mah*, interdum subiicitur, a scriptura verbi מן *Man* duci. Verum nescio, quo iure anomalia grammatica, praesertim temere accusata et explicatu facilis, fictitio pronomine מן excusari possit.

h) Huc referuntur Rabbini RASCHIVS et ABENESRA, qui a מנה, quod de certa mensura vel portione alicui definita inualuit, ductum *mannae* nomen putant. Quorum non minus, quam insequentium auctorum opiniones Arabica nominis scriptio, quae paullo post afferetur, prorsus respuit.

i) Quasi dictum sit ab Arabico verbo מון, quod de rebus ad vitam sustentandam necessariis in vsu est.

k) Vid. BVXTORFII Lex. *Talm. Rabb.* v. מנא, et SIMONIS *Arcanum formar.* p 189.

l) Per Arabicam scripturam non licet repeti nomen aliunde, nisi a verbo מנן, quod est, *largiri, liberaliter conferre beneficium* in aliquem, quomodo verbi caussa legitur in Kor'aani cap. XXII. 91. vnde מן est *largitas, gratia, donum*, et ipsa *manna*.

reperta indeque ad aliarum gentium notitiam atque vſum translata, ſed ſponte ipſius edatur naturae opificio, quippe Arabibus domeſtica, haud eſt vero ſimile. His autem *manna* fuit *a largiendo* dicta, quaſi praecipuum ſit liberalis donum naturae ac beneficium. Vnde intelligitur, Ebraeos, campis manna ſuperfuſis, quum, ea conſpecta, ſitne vere *manna*, nec ne, [m]) quaeſiuiſſent, nomen quidem antea cognitum habuiſſe, rem non item: quam tum primum, praeſertim vberrime fuſam, oculis vſurparent, et tanquam inſolitam, atque, vt erat, certiſſimum curae diuinae indicium ac documentum, admirarentur.

§. III.

Manna hodie vulgatior.

Frequens autem ac ſaepius repetita eſt noſtra aetate in ſcriptis medicorum et botanicorum *mannae* mentio: vt quae ab his copioſe ac diligenter in eam rem diſputata ſint, hic vel leuiter attigiſſe ſufficiat. Eſt illis *ſuccus concretus*, *ad ſacchari* aut *mellis rationem ſapore accedens*, *odore leni ac debili*, *admixta aqua liqueſcens*. Variis funditur arboribus ac plantis, ſed aliae ſunt aliis hoc

m) Ita enim illud *Man hu* Exod. XVI. 15. conuertendum puto: *Mannane eſt?* Adiicit quidem MOSES, Ebraeos, quid eſſet, ignoraſſe: quod nequaquam repugnat. Nam interrogare, eſſe ignorantis, quem fugit? Vnde merito MOSES Deuteron. VIII. 3. *mannam*, ait, neque populo, neque ipſius maioribus cognitam fuiſſe, praeſertim cum eius eſſet ratio longe diuerſa ab ea, quae vnius naturae beneficio edi ſolet.

hoc liquore insigniores. Defertur ad nos potissimum Brigantio, sed nobilior ac praestantior e Calabria. *Brigantina* [n]) insidet non fraxinis et ornis, vt perperam tradit auctor quidam Anglus, [o]) sed laricibus, [p]) pruinae in modum altissimorum montium iugis illapsa, grumis constans ab initio quidem albicantibus, at paullatim flauescentibus. *Calabrina*, [q]) grumis illa maioribus, at duplo debilioribus, de fraxino [r]) legitur, purior, quam *Brigantina*, sed sapore minus grato, itidem flauescens. Accedit *Apennina*, qua quercus et salices [s]) potissimum abundant.

F 5 §. IV.

n) Vid. praeter alios passim laudandos LANCELLOTI *Diss. de septem mirabilibus Delphinati*, in monumentis Academiae Franco-Gall. Inscript. Tom. IX. Germ. redd. in *Hamburg. Magaz.* B. III. St. III. p. 236.

o) Auctorem dico commentationis, quae inscribitur: *a curious and interesting Account of a substance, not before attended to, which te Bees collect and turn to Honey:* quae extat in *the London Magazine for Octobre* 1769. p. 517.

p) *Pinus Larix.* LINN. *Sp. Pl.* p. 1001. T. II. ed. Holm. Reperitur haec *Laricea* in aliis quoque Europae regionibus, de quibus hic nihil interest legentes monere. vid. IONSTON. *Hist. Plant.* p. 126.

q) Vid. praeter alios passim laudandos *Voyages du P.* LABAT *en Espagne et en Italie* T. V. Ch. X. p. 218. et ROBERT. MORE *De Methodo, qua Neapolitani Mannam colligere solent*, in *Philosophical Transactions* n. 495. p. 470. coll. *Commentariis de rebus in scientia naturali et medicina gestis* Vol. I. P. I. p. 696. et *Hamburg. Magaz.* B. IX. p. 68.

r) *Fraxinus ornus.* LINN. *Sp. Pl.* 1057.

s) In salicibus, nec non fraxinis, quamquam in illis multo copiosius *manna Calabrinae* similis reperi-

§. IV.

Mel roſcidum.

Satius eſt, noſtra legentes, ante quam ad priſca tempora eorum animos reuocem, monere, vt alium quendam humorem, quem *rorem melleum* ſiue *mel roſcidum* dici haud bono exemplo inualuit, dulcem illum quidem, at minime granoſum, ſed liquidum, foliis arborum ac plantarum innatantem aut defluentem, a *manna* diligenter discernant. Vulgus et hunc ipſum, quemadmodum *mannam*, caelo delabi, opinionis errore putat. Sed hodie compertum eſt, ab inſectis quibusdam, quae *Aphidum* [t]) nomen ferunt, excerni. Etenim illae frondibus arborum immorantes (nam tardae ſunt atque ignauae) ſumma ſpectantium admiratione, hunc melleum ſuccum, ſuaue et exſpectatum formicis pabulum, excrementorum in modum longe lateque ſupra folia eiaculantur, ſaepe admotis ipſarum formicarum roſtris ad eundem excernendum liberaliter ſuſtentatae. Mira omnino res ac pene incre-

peritur; in Occitania, prope Carcaſſonem ad fluuium *Fresquet*, auctore MARCORELLO, quae poſtquam defluxit, concreſcere ſolet. Dubitat auctor, ſalicibus haec *manna* erumpat, an a muſcarum quodam genere, ſalices illas frequentante, in modum ſucci deponatur. Excerptum epiſtolae MARCORELLI extat in *Memoires de Mathematique et de Phyſique preſentées à l'Academie Royale des ſciences par divers ſavans* T. III. à Paris. p. 501. coll. *Commentariis de rebus in ſcientia naturali et medicina geſtis*, Vol X. P. II. p. 405.

t) Vid. LINN. *Syſt. Nat.* ed. Hal. 1760. T. I. p. 451. 199.

incredibilis, nisi certissimis naturae curiosorum experimentis comprobata. Eam primum ab acutissimo REAVMVRIO animaduersam et litteris proditam[u]), constans fama percrebuit. Sed non, nisi ab aliis acceptam, neque a se ipso inuentam euulgauit sententiam REAVMVRIVS; tamen antea similes opiniones circumferri coepisse, quas ad mellis rorem poterat facile transferre, certum est. Nam CHRISTOPHORVM A VEGA frequens circa fraxinos Calabrenses muscarum concursus in eam opinionem inuitauerat, vt ipsam *mannam* earum vel *excrementum*, vel *vomitum* esse, quamquam falso, decerneret [x]). Pari modo in insulis *Moluccensibus* muscae formicis minores *mel* parare feruntur [y]). Sed REAVMVRII obseruatio, quicquid est, ab aliis postea fuit non vera solum reperta, sed quo magis dubitatione careret, vberius etiam confirmata nouisque inuentis aucta. In quorum numero est diligentissimus pariter ac celeberrimus IOANNES LECHIVS, pro-

u) In *Memoir. sur les Insect.* T. III. p. 44.

x) Vid. IO. CHRYSOSTOMI MAGNENI, Ticinensis olim medici ac professoris, *Exercitatio de Manna*, 1658. p. 32.

y) Vid. *Viaggio di* M. ANTONIO PIGAFETTA *atorno il mondo* p. 368. „In tutte i isole Moluc-„che si trova mele, il quale fanno alcune mo-„schette minori, que le formiche et lo vanno à fare negli arbori.„ Pertinet huc quoque illustris apud STAPELIVM in THEOPHRASTI *Histor. Plantar.* L. III. c. 9. p. 151. locus, quem IONSTONVS in *Histor. Plantar.* p. 128. de Manna Apennina intelligendum putauit.

professor regiae academiae Aboensis [z]) et doctissimus BOVSSIERIVS: vt Anglus iste, qui huius viri ea de re experimenta ciuibus suis nuper exposuit, hunc liquorem nemini antea fuisse observatum falso iactaret. [a])

§. V.
Manna semen.

Praeterea *manna* circumfertur alia, tum ab ea, quae proprie dicitur, tum a melle roscido prorsus diuersa, quippe *seminum* e genere, non *succorum*. Paucis et haec attingenda est eorum gratia, qui sunt in botanicis minus versati. Bina eius sunt genera. Alterum quaedam *panici* [b]) species ferunt, eaeque *satiuae* passim per Germaniam, *granis milio simile*, *colore varium*, *farinae flauescentis*, nec *admodum solidae*. Alterum *mannae Poloniacae* nomine insignitum, silueſtre est, in Polonia, Lithuania, circa Viadrum, in Dania et Suecia frequens, locis aquosis et paludosis. Planta, vnde colligitur, *Festuca fluitans* [c]) dicta. Eam cum semine descripsit in primis celeb. SCHREBERVS

z) *In der Geschichte des Honigthaues*, quae extat in *der königl. Schwed. Academie der Wissensch. Abhandl. aus der Naturlehre* &c. *auf das Iahr 1762*. B. XXIV. p. 87. ex interpretatione Germanica illustris KAESTNERI.

a) In *the London Magazine* l. supra laudato.

b) *Panicum Italicum*. LINN. *Sp. Pl.* p. 56. T. I. Panicum Germanicum siue panicula minore. BAVH. *Pin.* 27. Gramen dactylon esculentum. BAVH. *Pin.* 8.

c) LINN. *Sp. Pl.* p. 75.

BERVS [d]). *Semen* eſt *tenui* ac *rufeſcente cortice tectum*, *farinam pellucidam* et *compactam* continens, *ſapore dulci ac ſuaui*, *figura oblongum*, varii ac multiplicis ad potum, ius et placentas vſus, adeo copioſum, vt intra horarum aliquot ſpatium cribro integrum modium colligas, auctore immortali LINNAEO [e]).

§. VI.

Manna Graecorum et Latinorum.

Iam Graeci ac Latini (quorum in litteris quanta vis poſita ſit cum ad omne genus eruditionis, tum vel maxime ad ſtudium orientale, quem fugit?)

d) In *Beſchreibung der Gräſer, nebſt ihren Abbildungen nach der Natur. Erſter Theil.* p. 37 ſqq. Planta Germanice dicitur, *Entengras*, *Schwadengras*, *Mannagras*, *Mannaſchwingel:* ſemen, *Mannagruetze*, *Schwaden*.

e) In der *Schoniſchen Reiſe* p. 349. Ipſa haec eius verba operae pretium eſt adiicere. „Wenn der „Saame ſeine gehörige Reife hat, welche er „nach Iohannis und im Heumonate erlangt: ſo „wird er mittelſt eines Ellenweiten Siebes, wel„ches ſo kleine Löcher hat, daſs die Körner nicht „durchfallen können, eingeſammelt - - Dieſes „Sieb führet man des Morgens früh, wenn der „Thau noch auf dem Graſe lieget, oder gleich „nach einem Regen, durch die reifen Aehren „hin, und wieder von einer Seite zur andern, da „denn der Saame mit ſeinen Spelzen ab, und in „das Sieb fällt. - - Nach der Einſammlung brei„tet man die Körner auf einem Tuche in der „Sonne aus, und läſſt ſie trocken werden. Die „Reinigung oder Abſonderung der Spelzen und „Schale, wobey der Schwaden eine helle und „gelbe Farbe bekommt, geſchieht in einem höl„zernen Mörſer &c. „

fugit?) de *manna* quidquam compertum habuerint, nec ne, anquirendum. Quamuis enim prisca aetas huic, qua nos vtimur, nequaquam palmam eruditionis praeripiat; tamen cum de rerum vetustate quaeritur, vetusta, hoc est, Graeca et Latina monumenta sunt in consilium adhibenda. Quibus tacentibus, exigua respondendi spes relinquitur. Atque in hac de manna quaestione inprimis diligenter circumspicienda sunt ista et perquirenda, cum Ebraeorum *manna*, si penitus latuit Graecos ac Latinos, in discrimen adducatur. Vt taceam, quod exortum est sententiarum diuortium, quo saepius atque vberius in vtramque partem fuit disputatum, eo plus ad iudicium impediendum, quam expediendum valuisse. Equidem in hoc genere ita versabor, vt, discrimine inter *mannam* ipsam eiusque in medicina vsum ante constituto, varia eius genera in medium afferam, de quibus quidquam inter veteres constitisse existimo, subiunctis suis cuique testimoniis. Ita quidem optime SALMASII *f*) indoctam eruditionem, aut si magis placet, confusionem euitabo.

§. VII.
Mel veterum roscidum.

Mel roscidum a *manna* multum differre, supra monui. At veteres, quos hoc discrimen latuit, vno vtrumque liquorem nomine *mellis* complexi

plexi

f) Vid. eius *De Manna Exercitationem* in *Exercitatt. Plinian.* et in *Homon. Hyl. Iatric.*

plexi ſunt. Quod poſtea non animaduerſum aut neglectum, haud mirum eſt, magnam ſententiarum diſcrepantiam ac rerum diuerſarum perturbationem peperiſſe. Primus igitur locus ex iis, in quos, quaecunque veteres de hoc genere tradiderunt, diſpeſcere placet, eſt de *melle roſcido:* quamquam et huius ipſius commemoratio ac deſcriptio, quae priſcis Latinorum ac Graecorum monumentis continetur, ſpeciem quandam et quaſi colorem a *mannae* ratione et indole peſſimo exemplo mutuata eſt. Ad mel roſcidum ita, vt dixi, informatum ſpectare puto haec PLINII: g) *Venit mel,* inquit, *ex aëre, et maxime ſiderum exortu, praecipueque ipſo ſyrio exſplendente fit, nec omnino prius Vergiliarum exortu* h) *ſublucanis temporibus. Itaque tum prima aurora folia arborum melle roſcida reperiuntur. At ſi qui matutino ſub dio fuere, vnctas liquore veſtes capillumque concretum ſentiunt.* IOANNES quidem BAVHINVS, i) MAGNENVS k) aliique de *manna* PLINIVM loqui, opinati ſunt; LECHIVS l) contra de rore

g) Hiſt. Nat. XI. 12.

h) H. e. octauo Calendarum Aprilis, ſiue d. 23. Martii, vt notat IONSTONVS *Hiſt. Natural. de Inſectis* L. I. p. 18. Sed Vergilias mane oriri d. 10. Maii, docet STAPELIVS ad THEOPHRAST. p. 149. coll. HARDVIN. ad PLIN. XI. 6.

i) *Hiſtor. Plantar. Vniu.* T. I. p. 182.

k) l. c. p. 28.

l) l. c. p. 89. 90.

re mellis, neutra parte ſententiam ſuam rationibus confirmante, immo ne ſubdubitante quidem. Equidem LECHIO maxime aſſentior, ita tamen, vt ne BAVHINVM prorſus deſeram. Neque enim tanto, alter ab altero, diſtant interuallo, vt gratiam inire ſecum nequeant. Omnia PLINIVS ad mellis rorem ſatis appoſite dixit, praeſertim nulla ſingularis cuiusdam arboris mentione iniecta. Sed cum iisdem frondibus, quas melleo ſuo Aphides excremento conſpergere ſolent, partim *manna* erumpat, quis, de vno melle roſcido PLINIVM verba feciſſe, affirmet? BOVSSIERIVS certe *mannae* guttas vetuſtioribus roborum foliis inſidentes vidit, ita quidem alias ab aliis ſeparatas atque ſeiunctas, vt vel canaliculos foliorum ac vias, vnde, tanquam e carceribus, prodiiſſent, oculo monſtrarent. Sed, ſuper eodem arborum genere ab inſectis melleum liquorem generari, idem obſeruauit. Addo, quod PLINIVS non magis, quam ARISTOTELES, THEOPHRASTVS aliique veterum eiusmodi mel ab apibus colligi, collectoque cellas repleri arbitrentur, minus quidem honorifico in apes iudicio, at veriore forſitan, quam quod multi poſteriorum temporum auctores tulerunt, qui, reiecta veterum ſententia, tantum e floribus apes ſugere humorem, eumque in ventriculo digeſtum in mellis rationem ac naturam commutare mallent [m]). At non defuerunt

m) Ex multis ſcriptis, quae de *apibus* noſtra memoria prodierunt, ſufficit hic notaſſe *a Letter from* ARTHVR

runt maiorum noſtraque memoria, qui non aliter, ac veteres feciſſe dixi, apum de melle parando merita imminuerunt ac detrectarent. Quorum in numero GERSTENIVS eſt, ſed reprehensus ille hoc nomine a LECHIO. Is vero admodum infirmis contra GERSTENIVM armis pugnare mihi videtur. Teſtatur auctorum ſilentium, qui varii varia de apibus litteris conſignarunt. Auget mellis roſcidi faſtidia, nec denique omittit longiuſculum apum roſtrum, quo floribus infixo, humorem inde, futuram mellis materiam, traherent atque exſugerent. Sed vt trium horum argumentorum quod poſtremum eſt, cum veterum ſententia quodam modo ſtare poteſt, ſiquidem e floribus cerae originem repetendam putarent; ita quod medium locum tenet, facile labefactatur eo, quod apum mel obnoxium eſt, aqua dilutum, viſcidae fermentationi, quae in animalium partes non cadit. Sed quid multa, vbi experientiam a veterum partibus ſtare fuerit euictum? Stare autem, non GERSTENIVS modo, ſed BOVSSIERIVS quoque docent. Ac poſterior quidem ſonoro ſtrepitu apes circa robora volitare, indeque mel roſcidum ab inſectis editum deportare vidit: quod ante BOVSSIERIVM a nemine adhuc animaduerſum, Anglus ſupra memoratus

ARTHVR DOBBS *Esq. to* CHARLES STANHOPE *Esq. F. R. S. concerning Bees and their method of gathering Wax and Honey*, in *Philoſoph. Transact.* n. 496. Vol. 46. p. 536.

ratus itidem falſo tradit. Per aeſtatem quidem, vt plurimum humoris in ſe recluſum continent plantae, ita maxime floribus apes delectantur; ſed eodem per autumnum deficiente, mellis roſcidi maiore auiditate ducuntur. Cum autem, teſte eodem BOVSSIERIO, manna quoque apes paſcantur: quo iure ad veterum mel roſcidum huius quoque cogitatio afferatur, facile apparet.

§. VIII.
Manna quernea.

Alter locus eſt de *manna quernea*, quam et ipſam ſupra memoraui, inter Graecos illa et Latinos omnium nobiliſſima. THEOPHRASTVS ita de robore: [n]) *Ferax eſt*, inquit, *haec arbor rerum plurimarum. Sin autem, auctore* HESIODO, *mella apesque ferat, magis quoque confirmatur. Ergo naſcitur vel his melleus humor caelo cadens, nec aliis magis inſidens frondibus.* THEOPHRASTO haec ſua debere PLINIVS [o]) videtur: *Robora*, inquit, *ferunt et viſcum, et mella, vt auctor eſt* HESIODVS: *conſtatque rores melleos e caelo cadentes non aliis magis inſidere frondibus.* Dubium vero, vbi tale quid HESIODVS retulerit. Fallor, aut deceperunt THEO-

n) *Hiſtor. Plantar.* L. III. c. 9. πλειστοφόρον ἐστιν. Ἐι δ᾽ ἔγε δὴ καθ᾽ Ἡσίοδον φέρει μέλι καὶ μελίττας, ἔτι μᾶλλον. Φύεται δ᾽ οὖν καὶ ὁ μελιττώδης οὗτος χυλὸς ἐκ τοῦ ἀέρος ἐπὶ ταύτῃ μάλιστα προσιζῶν.

o) *Hiſt. Nat.* XVI. 8.

THEOPHRASTVM haec illius de mortalibus, inter quos iuſtitia viget: p)

Fert quippe iis terra multum victum: in montibus vero quercus
Summa quidem fert glandes, media vero apes.

Apum mentio mellis, eiusque roſcidi ſuſpicionem THEOPHRASTO inieciſſe videtur; verum illam ab HESIODI mente ſatis alienam. Etenim Poëtam mellis roſcidi copiam inter iuſtitiae praemia numeraſſe, quis eſt, qui ſibi perſuadeat? Quare multo eſt credibilius, de apum melle haec dicta eſſe. Quercuum enim trunci intus caui gratas examinibus ſedes praebent. q) Plurimum lucis HESIODO afferunt illa PHOCYLIDIS: r)

p) Vid. *Oper.* et *Dies.* v. 230. 231.
Τοισι φερει μεν γαια πολυν βιον· ὀρεσι δε δρυς
Ἀκρη μεν τε φερει βαλανους, μεσση δε μελισσας.

q) Eo quoque ſpectauit Scholiaſtes ad illa HESIODI notans: ἐν τοις κοιλωμασι των στελεχων, *in truncorum cauis.* Haec quidem nunc veriſſima iudico, quamquam diu haeſitabam ob illa: δρυς ἀκρη — μεσση δε: praeſertim cum apud LECHIVM me legere meminiſſem, Aphides non altiſſima petere arborum faſtigia; ſed in imis ac mediis frondibus ſubſidere.

r) V. 162-165.
Καμνει δ' ἠεροφοιτος ἀριστοπονος τε μελισσα,
Ἠε πετρης κοιλης κατα χηραμον ἢ δονακεσσιν,
Ἢ δρυος ὠγυγιης κατα κοιλαδος, ἐνδοθι σιμβλων
Σμηνεσι μυριοτητα κατ' ἀνθεα κηροδομουσα.
Coll. MAXIM. TYRII *Orat. ſec. De Amore.*

Operatur etiam aeriuada et laborioſa apis
Aut petrae cauae in ſpecu, aut in arundinibus, s)
Aut quercus antiquae in cauitate, intra alvearia
Struendis cellis ex florum millenis foraminibus ceram petens.

Quo certius huc referantur illa VIRGILII:

Et durae quercus ſudabunt roſcida mella.

Quo in loco hiſtoriae naturalis periti non minus, quam grammatici offenderunt. Etenim primo videndum, ne veram mannae originem VIRGILIO fuiſſe iam perſpectam inde colligas: in quo peccauit CORNELIVS, t) gente Italus, in litteris ad RAYVM, Anglum. Neque enim VIRGILIVS ſuo iam tempore, ait, quercus mella ſudare; ſed id aliquando, aurea redeunte aetate, futurum vaticinatur. Deinde, ad vberiorem ſententiae illius perſpicientiam, ea, quae tum de quercu, apum mellificantium ſede, tum de origine mellis e rore, veterum ex ſententia, ſupra expoſui, ſunt in memoriam reuocanda: hisque iungendum mellis roſcidi, tanquam purioris

s) Scilicet *ſacchariferis. Saccharum* enim et ipſum mellis nomine fuit a veteribus comprehenſum. Sed de hoc infra dicendi locus erit.

t) In *Philoſophical Letters between the late learned Mr.* RAY *and ſeveral of his ingenious correſpondents — publiſhed by* W. DERHAM, *Lond. 1718.* coll. *Bibliotheque Angloiſe Tom.* IV. P. I. p. 5.

ris et magis germani eminentius, quam mellis ab apibus inde confecti pretium, a PLINIO [u]) maxime auctum. Tum fic VIRGILIVM vaticinari apparebit: pro apum melle, quo interdum quercus repletae et quafi infudatae reperiantur, easdem arbores rofcido melle, tanquam nectare quodam, fudaturas fiue abundaturas effe. Vbi fane iuuat animaduertere, VIRGILIVM, quem vera mannae origo lateret, hanc ipfam ingenio affequutum, ac, licet tecte et fub verborum quodam inuolucro, vaticinatum effe: ita vt Poëta verius et aptius praefagiret ac fingeret, quam eius temporis hiftoriae naturalis peritiffimi iudicarent ac decernerent. VIRGILIO maxime refpondent illa OVIDII [x]) de eadem ipfa aurea aetate, fed quae olim, Saturno regnante, viguerat, dicta:

Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant:
Flauaque de viridi ftillabant ilice mella. [y])

 §. IX.

u) *Hift. Nat.* XI. 12. de rore mellis: *Vtinamque effet et purus ac liquidus, et fuae naturae, qualis defluit primo: nunc vero e tanta cadens altitudine, multumque, dum venit, fordefcens, et obuio terrae halitu infectus, praeterea e fronde ac pabulis potus, et in vterculos* (ventriculos) *congeftus apum (ore enim cum vomunt:) ad haec fucco florum corruptus et alueis maceratus, totiesque mutatus, magnam tamen caeleftis naturae voluptatem affert.*

x) *Metamorphof.* I. 111. 112.

y) His addi poteft locus ad *μελι δρυινον* fpectans ex Anthol. I. 38. 3.

§. IX.
Manna laricea.

Tertius locus habet genus *lariceum*, de quo quin PLINIO quid cognitum fuerit, dubitari nequit. Huic enim pini generi plusculum, ait, erumpere liquoris, melleo colore atque lentoris nunquam durescentis. [z]) Noui quidem, *resinam* quoque *laricis* circumferri, sed illam non sponte profluentem, qualis PLINII videtur, sed excauato trunco elicitam. Resinam vero appellat istum liquorem et ipse VITRVVIVS: *Habet resinam*, inquit, *liquidam mellis Attici colore: quare* [a]) *etiam medetur phthisicis.* Quin et ipse PLINIVS istum liquorem resinae nomine insigniuit, vt tamen mannam haud obscure ostendat. [b]) *Purulentas autem*, inquit, *exulcerationes pectoris pulmonisque et a pulmone graveolentiam halitus, butyrum efficacissime iuuat, cum pari modo mellis Attici decoctum, donec rufescat, et matutinis sumtum ad mensuram lingulae. Quidam, pro melle, laricis resinam, addere maluere.* Laricis resinam intelligi mannam, quis est, quin videat?

§. X.

z) L. XVI. 19. ita legendum esse pro scriptura vulgari: *atque lentiore, nunquam durescentis*, bene monuit STAPELIVS ad THEOPHRASTI *Hist. Plant.* III. 10. p. 166.

a) Hoc, *quare*, offendit STAPELIVM; sed ferri potest, modo ne ad colorem, sed ad arborem ipsam referatur.

b) Lib. XXVIII. 12. 53.

§. X.

Manna tiliae.

Sequitur quarto *tilia*, eadem de cauſſa haud multo minus nobilitata, praeſertim apud THEOPHRASTVM, qui, libro de melle, in quercus et tiliae frondibus mel aerium maxime reperiri ait. Cauſſas quoque affert, cur hae potiſſimum arbores eo melle affluant atque abundent, ſed quas aurium teretium et paullo elegantiorum iudicio indignas omitto. Quo magis Aegyptiae ſunt tiliae hoc inprimis loco laudandae, quae, teſte RENEAVMIO in monumentis Academiae Pariſienſis, eiusmodi melleo ſucco ſcatent.

§. XI.

Manna orni et fraxini.

Illud vero mirari ſatis nequeo, ne vnum quidem ex veteribus *orni fraxiniue mannam* hodie nobiliſſimam ac copioſiſſimam vel verbo meminiſſe. Cuius inſolentiae cauſſam indaganti, plura quidem in mentem venerunt; ſed quae fluctuanti animo et modo huc, modo illuc impulſo nequaquam ſatisfacerent. Obuerſabatur modo incognitus mannae in medicina vſus, modo neglecta ſingularum arborum, quae ferrent, recenſio ex verae originis ignoratione, modo roboris iam plurimum nobilitati honorem et dignitatem augendi cupido, modo Graeci nominis, quo robora inſigniuntur, amplitudo, qua vel PLINIVS deceptus, agaricum, quod larices ferunt, glandiferis Galliarum arbo-

ribus naſci ſcripſit, modo eiusdem, fraxinum cum taxo permutandi, pronitas et error: modo fraxinorum per Calabriam raritas aut ſerior cultura et aduentus: modo Romanorum, cortices fraxinorum ſauciandi, aut cicadarum, pungendi earundem frondes, inſcientia. Sed inſinuabat ſe quoque ſua cuiusque ſuſpicionis haud leuis temeritas ſpeciesque a vero longius abhorrens. Tandem in hac conquieſcendum ſententia putaui, quousque certius quid innotuiſſet, cum ne hodie quidem omnes fraxini in Calabria, nedum in vniuerſa Italia mannam fundant, ſed certus modo ipſarum numerus, cui plures ſteriles et ſiccae interiectae reperiuntur; haud difficilius intelligi poſſe, qua ratione factum ſit, vt vel omnes olim hoc melleo liquore carerent. Sed pergo ad reliqua mannae genera, eaque Graecis ac Latinis magis peregrina.

§. XII.
Manna cedrina.

Ad quintum igitur locum refertur *manna cedrina:* quae quidem iam HIPPOCRATI memorata, [c]) multo planius atque vberius, quamquam

c) *De Vlceribus* p. 876. ed. FOESII. Verba ſunt: *οἶνος, μελι κεδρινον, ὀλιγον* &c. Sed FOESIVS in diſcrimen et dubitationem adduxit hunc locum, poſt *μελι* intruſo *και*. Probatur FOESII emendatio FOTHERGILLIO, M. D. in *obſervations on the manna Perſicum*, in *Philoſophical Transactions*, Vol. XLIII. n. 472. p. 92. propterea, quod, ſi iam HIPPOCRATES mannam ad vſum medicum

quam omiſſo nomine, deſcribitur a GALENO,[d]) cuius verba, quoniam ad cauſſam noſtram in primis valent, operae pretium eſt adiicere ipſa. *Me-*

dicum transtuliſſet, intelligi non poſſit, qui factum ſit, vt inſequenti tempore inter medicos obliuione ſepultus idem liquor iaceret. Quae ſane ratio non contemnenda ſi valeret, locum HIPPCRATIS ita reſcribi mallem: μέλι, κέδρινον ἔλαιον: quam ſcripturam IANVS CORNARIVS verſione Latina expreſſit et ipſam: quemadmodum κεδρίνῳ ἐλαίῳ legitur apud HIPPOCRATEM libro eodem. Accedit, quod medicorum poſt HIPPOCRATEM nullus reperitur, qui mannae meminiſſet, ante ACTVARIVM, qui *Method. Med.* V. 8. p. 219. ed. Venet. 1554. mannam ad aluum euacuandam imperauit. Sed, vt verum fatear, ſuperior illa ratio me non tantum mouet, vt vulgarem HIPPOCRATIS ſcripturam deſeram, FOESII probem. Primum enim non alieno loco apud medicorum patrem mannae mentio fit, ſed ad ſententiam eius ſatis appoſite et conuenienter: vt nulla loci exagitandi cauſſa ſit. Deinde cur poſteriorum temporum medici vsque ad ACTVARIVM mannae vſum negligerent, in cauſſa eſſe potuit cum mannae raritas et penuria, tum maior medicamentorum haud impari virtute copia. Fortaſſis ne hodie quidem adeo peruulgata eſſet inter nos manna, niſi Calabrenſes fraxini ſuppeterent, aut ſi Arabes, a quibus medio aeuo homines Europaei medicinam petere ſolebant, huius lacrymae, in Aſia frequentiſſimae, vſum minus amplificaſſent. Sed accedit, quod ne quidem ex medicina prorſus manna poſt HIPPOCRATEM exulavit, in primis laricea, quam, vt ſupra oſtendi in loco de iſto genere, VITRVVIVS phthiſicis, et PLINIVS purulentis exulcerationibus pectoris pulmonisque mederi tradunt.

d) *De Aliment. Fac.* III. 38. p. 119. T. II. Opp. ed. Baſil. 1549.

mini aliquando, inquit, *cum aeſtate ſuper arborum ac fruticum herbarumque folia mel quam plurimum fuiſſet repertum, agricolas velut ludentes ceciniſſe, Iupiter melle pluit. Apud nos vero raro id contingit, in monte autem Libano quotannis perſaepe. Itaque coria ſuper terram extendentes et arbores excutientes, quod ab eis defluit, excipiunt, et ollas ac fictilia melle implent, vocantque id mel roſcidum et aerium.* [e]) Quae qui ad rorem melleum referri putant, iis vero, quo minus aſſentiar, impedit facti raritas et temporis, vnius modo diei ſpatio incluſi, anguſtia. Nec repugnat, quod non ſingularem quamdam arborem, fruticem aut herbam nominat GALENVS. Quis enim inde iure colligat, ſuper omnes omnino eius, quem dicit, loci plantas mel repertum fuiſſe. Veroſimilius eſt, quibusdam arboribus, quaecunque tandem illae fuerint, enatum in alias vicinas et ſubiectas herbas aut frutices defluxiſſe: quod omnes plantas aequaliter madefacientis ac melle tingentis pluviae ſpeciem praeberet. Mel autem montis Libani non aliud eſſe, niſi quod cedri eliquent, infra vberius docendi copia erit.

§. XIII.

Mannae genera adhuc incerta.

Sextum locum DIODORI et CVRTII *manna* in pagis fortunatis Hyrcaniae frequens ſibi vindicat, cuius nomen, quod vterque, quae Graecorum

e) Δροσομελι και ἀερομελι.

corum et Latinorum eſt negligentia, omiſit, infra inueſtigabo. Hic verba tantum vtriusque afferre placet. Alter igitur in hunc modum: f) *Arborem etiam*, inquit, *habet gens illa, quae a quercu haud multum facie differat, e cuius frondibus guttae mellis defluunt: idque ab aliquibus colligitur et in multos vſus adhibetur.* Alter ſimili modo: g) *Frequens arbor faciem quercus habet, cuius folia multo melle tinguntur, ſed niſi ſolis ortum incolae occupauerint, vel modico tepore ſuccus extinguitur.* Vtrumque dictum ad cauſſam noſtram grauiſſimum. Eſt alius DIODORI SICVLI de melle ſilueſtri in Arabia non minus illuſtris locus. h) Arboribus naſci, ait, et aqua dilutum ad potum adhiberi. Sed multo grauiſſima eſt AMYNTÆ relatio apud ATHENÆVM i) de melle aereo ſiue *manna*, in Aſiae quadam regione, cuius vtinam nomen adiecisſet. Hoc igitur mel, ait, cum foliis, quibus inſidet, decerptum inſtar Syriacae maſſae k) fingi ac componi. Ex globis ita paratis, vbi ſumere collibitum ſit, micas

f) Biblioth. Hiſt. L. XVII.

g) L. VI. c. 4. 22.

h) L. XIX. c. 104. φυεται — παρ' αὐτοις το πεπερι ἀπο των δενδρων, και μελι πολυ το καλȣμενον ἀγριον, ᾧ χρωνται ποτῳ μεθ' ὑδατος.

i) L. XI. Deipnoſophiſt. p. 500. Ἀμυντας ἐν τῳ πρωτῳ των της Ἀσιας ςαθμων περι τȣ ἀερομελιτος καλȣμενȣ &c.

k) Graece παλαθη Συριακη h. e. maſſa caricarum pinguium, qualis ex Syria ad nos conuehitur. Coll. STAPEL. ad THEOPHRASTI *Hiſt. Pl.* p. 150.

cas diffractas et in ligneis poculis, quas *tabaetas* vocari dicit, dilutas potari, gustu simili ac mellis diluti, sed multo iucundiore. Quae omnia quin ad diversa mannae genera pertineant, vt nullus dubito, ita ad quae potissimum, singula referantur, obscurum est. Sed vbi ad Arabes peruenero, hanc quoque obscuritatem et dubitationem tollere conabor. Neque enim hic locus hanc disputationem capit, quae aliis testimoniis nondum praeparata, neque ad intelligendum satis plana et perspicua, neque ad persuadendum satis apta et grauis foret. Illud autem euictum puto, veteribus mannam non cognitam modo fuisse, sed adhibitam quoque in medicinam: id quod multi temere in dubium vocarunt. *l*) Hactenus igitur de Graecis ac Latinis, quam potui breuissime, sed ad caussam, quae mihi proposita est, apposite, atque, vt puto, satis.

§. XIV.

Epilogus.

Iam pronus ad Arabes transitus pateret; nisi ab hoc conatu et voluntate me prohiberet cum libelli academici quaesita breuitas, tum penuria litterarum Arabicarum, sed quam typographia nostra, quae est Maecaenatum nostrorum de huius academiae flore ac salute cura et studium, breui tempore sublatam gloriabitur. —

l) Praeter MANARDVM aliosque in primis nominandus est IO. BAPTISTA OTTIVS *in Spicilegio siue Excerptis ex* FLAVIO IOSEPHO *ad N. T. illustr. cura* SIGEBERTI HAVERCAMPI, Lugd Bat. 1741. p. 202. et FOTHERGILLIVS l. supra cit.

HISTO-



HISTORIA MANNAE INTER EBRAEOS.

SECTIO SECVNDA DE MANNA ARABICA OMNINOQVE ORIENTALI.

§. XV.

Continuatio disputationis, momentum atque obscuritas.

Primum de Ebraeorum manna volumen scripsi ad auspicandam linguarum orientalium in academia Kiloniensi professionem. Iacuit labor abhinc biennium intermissus, non tam occasionis inopia, quam exspectatione opportunitatis. Nec poenitet morae, primordiis continuandae scriptionis pari allata commoditate. Quae illo tempore tradidi, ad vulgares in officinis nostris mannae varietates, quaeque Graecorum ac Latinorum libris celebrantur roris mellei genera, potissimum referebantur. Ex Arabum scriptis illustranda restabat *manna orientalis*, maximi illa, ob confinia Ebraeorum,

rum, ad inſtitutum noſtrum momenti. In eius igitur cognitione, ſi quae haberi poteſt, hoc ſecundum volumen verſabitur, idque tanto curioſius pertinaciusque, quo magis abdita et impedita per illorum auctorum obſcuritatem, breuitatem et negligentiam hucusque latuit. Frequentes ea de re ſcriptorum iactantur querimoniae, inprimis IOANNIS BAVHINI, illius ipſius, qui ingentem, pro more ſuo, teſtimoniorum Arabicorum molem, ſatis nempe rudem illam et indigeſtam, nec niſi ex prauis auctorum Latinis interpretationibus nullo delectu congeſtam accumulauit. *Quae* inquit, *tamen ita obſcura nobis videntur, vt pauca certa ex iis colligi et concludi in hac rerum obſcuritate poſſint.* [m]) Digna vero docti viri candore, quid rei obſcurae ignoret, profeſſio, laudabilior certe, quam illa IOANNIS IONSTONI de *manna Perſica* promiſſio, oris quidem hiatu liberalis, ſed euentu vana [n]). Qua modeſtior GEOFFROYI diffidentia priores ferme BAVHINI voces iterauit. *Arabes*, inquit, *mellis caeleſtis nomine tereniabinam, mannam et ſaccharum albuzar ſiue elaſſer complectuntur, de quibus diuerſis generibus tanta obſcuritate loquuntur, vt, quid dicant, intelligi nequeat* [o]). Quibus ſimilia conqueſtus eſt FOTHERGILLIVS, ne *terengabinae* quidem, vt inſti-

m) *Hiſtor. Plantar. Vniu.* Tom. I. P. II. p. 182.
n) *Hiſtor. Nat. Arab. et Plant.* L. VI. p. 124. 125.
o) *Abhandl. von der Materia Medica.* Th. II. Leipz. 1761. p. 865.

inſtituerat, indoli atque origini ſatis illuſtrandae par p). In tanta auctorum fluctuatione ac deſperatione ſaepius dolui obitum doctorum virorum, quibus a Danorum rege in Arabiam, hoſtilem peregrinis terram, nuper miſſis de *manna Arabica* quaeſtiones quasdam propoſuerat illuſtris MICHAELIS q). Quos, nondum Arabia ſatis perluſtrata, antequam reſponſum dare ex voto contigiſſet, vno NIEBVHRIO incolumi, triſte fatum oppreſſit, ceu vero iſta deſerta, ad arcendos in arcana ſua introſpicientium vultus, dirae mortis praeſidio opus habeant. Ac retulit quidem NIEBVHRIVS r) nonnulla de *manna orientali*, ſuo quaeque loco mihi memoranda; ſed ſi a nominibus quarundam arborum ea manantium diſceſſeris, quae, quales ſint, ne ſatis quidem intellexit, vt in medium attulit noui nihil, quippe tali in re ex ore vulgi pendens, ita *mannam Sinaiticam* incredibili incuria prorſus neglexit. Hoc praefandum erat, ne quis, dum ego hanc hiſtoriae naturalis, eiusque orientalis lacunam, pro inſtituti ratione, explere conor, plus a me exſpectet, quam per tantas rei difficultates praeſtare licet. Quo minus vereor, dum hiſtorici et quodam modo interpretis vice fungor, ne quis medici partes mihi inuito imponat.

p) *Obſeruations on the Manna Perſicum* in *Philoſophical Transactions*, Vol. XLIII. n. 472. p. 86.

q) *Fragen an eine Geſellſchaft gelehrter Männer, die auf Befehl Ihro Majeſtät des Königs von Dännemark nach Arabien reiſen*, XXVI. et LIII. p. 49. 157.

r) *Beſchreibung von Arabien*, p. 145. 146.

nat. Satis fuerit, rem obſcuram pariter ac momentoſam noua luce colluſtraſſe, hac quidem ſpe, vt, quemadmodum alias, ita hic quoque ex propiore periculo error veniam habiturus ſit faciliorem.

§. XVI.
Mel roſcidum.

Ac primum quidem *mellis roſcidi*, quod inſectorum, aphidis, chermis aliorumque eſſe excrementum alias monui, quoniam ab hoc ordiri ſuperiorem diſputationem placuit, quae ſit origo, quoue diſcrimine a rore melleo, quam *mannam* vocari inualuit, diſtet, Arabes non minus, quam Graecos ac Latinos latuit. Ita enim AVICENNA, quem vnum inſtar omnium nominare ſufficit, de mellis, quod proprie dicitur, origine: *Mel*, inquit, [s]) *eſt ros inuiſibilis, quem floribus plan-*

s) *Can. Med.* Lib. II. p. 233. عسل طل خفي يقع علي زهر شجرة وعلي غيره فيلقطه النحل وهو بخار يتصعد ويستحيل فينضج في الجو فيستحيل فيغلظ في الليل فينقع عسلا وقد يقع العسل كما هو بجبال قصران ويختلف وبحسب (و forſan delendum) ما يقع عليه من الشجر والحجر واكثر الظاهر منه .

plantarum aliisque rebus illapſum apes colligunt: eſtque vapor elatus in altum, qui in aere coquitur commutaturque, atque in mellis formam noctu concretus decidit. Sed cadit etiam mel, prouti eſt, in montes Kasranos. At pro diſcrimine eorum, in quae incidit, diverſum eſt: aliud enim in arbores, aliud in petras delabitur. Quod igitur oculis conſpicuum eſt, id legunt homines magnam partem; quod latet, apes auferunt. Ceterum exiſtimo, naturam eius et indolem ab apibus quodammodo immutari. Colligunt autem, non ſolum vt recondant, ſed etiam vt eo paſcantur. Eſt quoque genus quoddam mellis acre ac venenatum. *Tria* igitur diſcernit EBN SINA mellis genera. *Primum* inuiſibile dicit, idque apes depopulari. Planum eſt, ſuccum, qui florum nectariis continetur, intelligi, neutiquam illum coelo cadentem, quemadmodum opinatus eſt EBN SINA, ſed glandulis nectariferis oriundum. Quoniam autem hoc genus non floribus modo, ſed

منه يلقطه الناس والخفي يلقطه
النحل واظن ان التصرف (يصرف
scribendum ab initio) النحل فيه تاثيرا
(lege ت pro ث) وانما يلقطه ليغتذي
وليدخره ومن العسل جنس حريف
سمي *

ſed aliis quoque rebus illabi ſcribit; eodem genere mel quoque roſcidum ab inſectis arborum foliis adſperſum indeque ſaepius in terram, lapides, arenas manans complecti videtur. Itaque fauet EBN SINA ſententiae VENTVRAE, SAVVAGII, GERSTENII, BOVSSIERII [t]), qui aphidum ſimiliumque inſectorum excrementum, praeſertim euaporato florum foliorumque humore, dulce apibus pabulum obſeruarunt, ex quo non victum modo, ſed mellis etiam conficiendi materiam quaerant, quam fortaſſis ne in ventriculo quidem digeſtam, ſed crudam, ſicuti nectariorum ſuccum [u]), in aluearia comportant, quamquam praeter LECHIVM ſupra nominatum, apes *mel roſcidum* ne tangere quidem nuperrime obſeruaſſe ſibi viſus eſt OTTO HAGSTROEMIVS [x]). *Aliud* mellis genus EBN SINA tradit, iam omnibus numeris abſolutum, adeoque ab hominibus in cibum colligi ſolitum caelo cadere, eiusque generis eſſe dicit *mel Kasranum:* quod quale ſit, infra videbimus. *Denique* acre quoddam ac venenatum genus memorat, at vero duplici errore. Nam primo tertium hoc genus non liquidum eſt, cuiusmodi ſunt bina

t) Vid. Section. I. §. 4 p. 92. 96. ſequ.

u) Vid. IOS. GOTTL. KOELREVTER in *Nachrichten von einigen das Geſchlecht der Pflanzen betreffenden Verſuchen und Beobachtungen.* Leipz. 1761.

x) *Pan Apum eller afhandling om de örter, of hvilka Bien hälſt draga deras honung och Wax.* Holmiae, 1768.

bina priora; ſed concretum et durum, quod non tam mellis, quam *mannae* nomine venit. Deinde arboris illius, ad quam reſpicit, manna ſponte manans nequaquam venenata eſt, ſed potius lac eius inciſione expreſſum. Sed de hoc itidem infra pluribus dicendi locus erit.

§. XVII.

Praecipua mannae orientalis genera ex EBN SINA.

Mannae autem *orientalis*, quae proprie dicitur, ne genera quidem, ſuis quaeque nominibus inſignita, vulgo noſcuntur. Tria enumerauit ſupra GEOFFROYVS, *terengabinam*, *mannam* et *ſaccharum vſſarium*. Totidem in medium attulit FOTHERGILLIVS, ſed pro ſaccharo vſſario, quod ſilentio praeteriit, dat *ſirachoſtam*. Vterque videntur BAVHINI auctoritatem maxime ſequuti: ſed quam tuto et recte, exiſtimari poteſt ex his EBN SINAE. *Manna*, inquit, *ros eſt ſuper petras vel plantas cadens, qui dulceſcit et concreſcit inſtar mellis, vel in modum lacrymae ſiccatur: cuiusmodi ſunt terengabina, ſirachoſta et mel, quod ex montibus Kasranis prope Raium aduehitur* y). Vnde ſatis

lucu-

y) p. 212. المن كان (legendum طل) يقع
على حجر او شجر ويحلوا فينعقد
عسلا ويجف جفاف الصموغ مثل
الترنجبين والشيرخشت والعسل
المجلوب من جبال قصران بالري *

Sed

luculenter apparet, *mannae* nomen non esse vni generi proprium, sed omnibus siue liquidis, siue concretis huiusmodi dulcibus plantarum succis commune, adeo late patens, vt *terengabinam*, *sirachestam*, *mel Kasranum*, et, si quae forte alia fuerint, (esse autem, infra videbimus) comprehendat. Itaque falluntur GEOFFROYVS et FOTHERGILLIVS, mannam a reliquis generibus, tanquam peculiare, distinguentes. Eum errorem iam errauit KARASIVS, EBN SINAE interpres, quem sequitur PLEMPIVS, qui mannam a ceteris non solum discernit, sed rorem esse quoque addit, qui vel super petras cadat indeque *mannae petraeae* nomen inueniat, vel super plantas, vti *quercum*, *althaeam*, alias, quasi vero vocabuli vis tria EBN SINAE memorata genera excludat [z]). Contrarium ex allata *man-*

Sed pro postremo vocabulo legendum puto بالري. الرب Est quiuis *succus inspissatus dulcisque*, cuiusmodi esse *mel Kasranum* addere non erat necesse. الري autem est *vrbs* celeberrima, de qua infra. Pro ويجلوا legendum esse ويحلو, facile intelligitur. Ne quis autem eiusmodi emendationibus offendatur, adeat PETRVM KIRSTENIVM, qui in *notis ad lib. II. Can.* EBN SINAE p. 32. de editione EBN SINAE Romana: *Nemo*, inquit, *illi editioni iniuriam faciet, qui longe plura σφάλματα typographica ei inesse dixerit, quam lineas.* Coll. OLAI CELSII *Historia linguae et eruditionis Arabum.* cap. V. §. 28.

z) Decepit istos interpretes vocabulum مثل, quod ita interpretati sunt, vt sequentia excluderentur: includi

mannae defcriptione liquet. Etenim qui tandem ros vel potius humor eft, modo ad mannae indolem ac rationem accedat, fiue *terengabina*, fiue *firachofta*, fiue denique *mel Kasranum*, quin aut plantis adhaerens aut humi fparfus reperiatur? Quid igitur certius, quam mannae nomen adeo late patere, vt omnia ifta genera fuo ambitu complectatur? Confentiunt alii Arabum, qui de *manna* loquentes, *terengabinam* et *firachoftam* faepius ne nominant quidem, eodem quippe nomine comprehenfas. Sic MESVAEVS [a]), de mannae natura et vi copiofe differens: *Manna*, inquit, *eft ros cadens fuper plantas quasdam et lapides*, fingularum generum mentione praetermiffa. Quid? quod BEITHARIDES [b]), medicus Arabs, *terengabinam*, ipfeque EBN SINA *faccharum vffarium*, vt infra videbimus, mannae fpeciem effe tradunt. Eundemque loquendi morem retinent auctores alii, vt ANDREAS BELLVNENSIS, qui fuper arbores (frutices dicere debebat) *mannam* cadere ait, eamque appellari *terengabinam*. Nec aliter itinerariorum auctores, quos paullo poft laudabo, fi ab vno difcefferis BELLONIO, auctore fane non diligentiffimo, qui mannae nomine durum genus, liquidum, *terengabinae* appellari manifefto errore prodidit.

 Ex

includi autem, non orationis modo tenor, fed vocabuli quoque vfus fert, coll. Pfalm. II. 9. VII. 3. XXXVIII. 14.

a) *De Simplicibus* fol. 38.

b) *Apud* GOLIVM *Lex. Arab.* p. 380.

Ex quo facile solui potest quaestio ab illustri MICHAELIS [c]) in Arabiam peregrinantibus commendata, vtrum *manna* Arabum *caelestis* [d]) (ita etiam interdum appellatur, quasi tu dicas *donum caeleste*, qualis *ros* esse censetur) a *terengabina* differat, nec ne? Difficilior et grauioris momenti quaestio ex ista ipsa EBN SINAE descriptione suboritur, quo tandem discrimine *tria* illa *mannae genera*, *terengabina*, *siracbosta*, *mel Kasranum*, inter se disiungantur. Cuius quidem quo facilius certiusque inueniatur responsio, quid alii, qui regiones orientales ipsi perlustrarunt, de *manna orientali* prodiderint, operae pretium est referre.

§. XVIII.

Ex GARCIA AB HORTO, PROSPERO ALPINO, CHARDINIO, HERBELOTO.

GARCIAS AB HORTO [e]) tria refert apud Indos *mannae* genera reperiri. Primum genus vtribus conseruatum, sapore faui mellis, *Xirquest* aut *Xircast* vocari, quasi *lac ex arbore Quest.* Alterum genus *tiriamiabim* aut *trungibim* in carduis nasci, granis tanquam coriandrum, colore

c) *Arab. Frag.* p. 51.

d) من السماء h. e. *donum caeli;* vid. Sect. I. p. 88.

e) *Arom. et Simpl. aliquot medicamentor. apud Indos nascent. Hist.* L. I. c. 11. coll. IO. BODAEO A STAPEL ad THEOPHRASTI *Hist.* Plant. p. 150.

colore inter fuſcum et rubentem medio. Tertium genus magnis glebis aduehi, admiſtis plerumque foliis, calabrino perſimile: deferri ex *Bochara*, vrbe Perſica admodum celebri: aliud autem genus ex *Ormus* emporio, melli candido depurato perſimile, ſed facile corrumpi in hac regione, quod vitreis lagenis non aſſeruetur. His aliud addendum putauit CHRISTOPHORVS A COSTA, Ormuſii venale, glebis conſtans paullo maioribus, quam calabrinum, minus candicans. Sed haec quinque genera GARCIAE et COSTAEO non ſatis perſpecta ad tria reuocari debere infra oſtendam. PROSPER ALPINVS f) quatuor Aegyptiis eſſe ſcribit *mannae* genera, primum grano maſtichis ſimile, Europaeis *maſtichini* nomine veniens: ſecundum amylo, ſaccharo et manna maſtichina adulteratum, nobis *bombacinum* dici ſolitum, Arabibus autem vtrumque *Siracboſtam:* tertium rubrum, granatum, nomine *terengabinae* ex Armenia, quartum liquidum inſtar mellis, ſed aliquando condenſatum, id colligi de arboribus montis Sinai ac conſulibus Cayri degentibus a monachis Sinaiticis dono afferri. Sed ex his quatuor generibus ſi eorum originem ſpectas, tria conflanda ſunt, binis prioribus iunctim ſumtis, origine quippe maſtichinis. Tria quoque in Perſia reperiri auctor eſt CHARDINIVS g), ſed omiſſis fere, quibus inſi-

H 4

f) *De Medicina Aegyptior.* IV. 5.
g) *Voyages en Perſe*, Tom. II. Amſt. 1711. p. 11.

inſigniri ſolent, nominibus. Primum, idque optimum, flaueſcens ac granoſum, ex *Bactriana* aduehi. Secundum, quo *Suſiana* abundet, *tamariſcinum* dici ex arbore, vnde ſtillet. Tertium eſſe liquidum circa *Iſpahanum* frequens, quo ſudet arbor tamarisco maior. In his nihil fere videas generum ſuperiorum. Addo HERBELOTVM [b]), magni nominis auctorem. Duplicis generis manna is refert orientem rorari: alteram *Sirkieſt*, ſiue, vt hactenus nomen exaraui, *Sirachoſtam*, nec non *mannam Raianam* appellari, quippe qua affluant campi circa vrbem Raiam, eſſeque eamdem, quam nos dicamus *calabrinam:* alteram eſſe *terengabinam:* eam de carduis (frutices dicere debebat) legi, perſimilem granis coriandri. Verum vix dubito, quin HERBELOTVS, quamquam duo dicat, tamen tria inſcius retulerit genera, *Sirachoſtae* et *Raianae mannae* non obſcura differentia, vt infra oſtendam, neglecta. Fallitur etiam, dum mannam Calabrinam Perſiae tribuit, neſcius forſan, eam fraxino et orno fundi, qua equidem arbore haud dubito, quin Perſia careat, praeſertim in tanto peregrinatorum Arabumque de *manna fraxinea* ſilentio. Sed quorſum haec omnia? non tam, vt perſpiciatur, quanta ſit auctorum in deſcribendo mannae diſcrimine incuria, quam, vt obſcura obſcuris comparando EBN SINAE lucem quaeram, et vniuerſam *mannae orientalis* varietatem, quantum fieri poſſit, definiam atque illuſtrem.

§. XIX.

b) *Bibliotheque Orientale*, p. 547.

§. XIX.
Terengabina.

Redeo igitur ad EBN SINAM, ſingula, quae attulit, mannae genera perluſtraturus. In his primum locum tenet *terengabina* i), quam alii *tereniabin*, *tiriamiabin*, *trunſchibil*, alii aliter, ſcripturae vocabuli Perſici non ſatis conuenienter, appellant, per orientem iſta cum nomine longe celeberrima, neque ab vno quidem ſuperiorum auctorum ſilentio praetermiſſa. CHARDINIVS quidem nomen ſiluit, at re ipſa in primo eius genere latere videtur. Etenim vix credibile eſt, cum ignobiliora genera recenſeat, mannam ab eo taceri nobiliſſimam. Conuenit laus, quam huic generi tribuit: (optimum enim dicit:) nec minus color flauus et granorum figura. Neque aduerſatur origo *Bactriana*, quamquam per alias quoque orientis partes naſci certum eſt: quod negligentiorem rei herbariae aut materiae medicae auctorem latuiſſe, quis miretur? Atque hoc quidem genus *mannae* eſt, de quo ſigillatim iter in Arabiam fa-

i) Arabibus ſcribitur تَرَنْجَبِين, Perſis ſiue تَرَانْكَبِين ſiue تَرَنْكَبِين. Ita dicitur a binis Perſicis vocabulis: alterum eſt اَنْكَبِين vel اَنْگَبِين *mel* alterum تَر *humidum:* itaque proprie *rorem mellis* indicat. תרנגבין habet etiam ABENESRA ad Exod. XVI, 14.

cientibus quaeſtiones nonnullas propoſuit illuſtris MICHAELIS: quarum altera ad plantae, vnde colligitur, deſcriptionem, altera ad ipſam eius indolem atque naturam refertur k). Quibus quidem quaeſtionibus, quibus ſoluendis impar fuit NIEBVHRIVS l), ita me ſpero eſſe ſatisfacturum, vt reliquarum, quae hoc volumine diſcutiendae ſunt, nulli magis.

§. XX.

Plantae, vnde terengabina colligitur, nomina.

Planta igitur, quae *terengabinam* eliquat, varia fert in oriente non minus, quam inter botanicos Europaeos nomina. In Perſia vulgo appellatur *Chari Schutar* m), hoc eſt, *ſpina camelina*, quoniam aridum ac deſertum orientis ſolum camelis pabulum praebet aliud fere nullum, niſi ex

k) In *Arabiſchen Fragen* p. 51. vbi quaerit: *Iſt dieſes Mann-Eſſama* (h. e. *manna caeleſtis*, de quo nomine ſupra expoſui) *einerley mit dem ſo genannten Tarangubin – welches von der dornichten Staude, Algul, geſammlet wird, oder iſt es noch davon verſchieden? Dieſe dornichte Staude, Algul, hat* RAVWOLF N. 94. *abgebildet, allein ſie weder botaniſch und kunſtmäſſig beſchrieben, noch auch ihren Namen mit Arabiſchen Buchſtaben ausgedrückt. Beide Mängel bitte zu erſetzen. Auch möchte ich wiſſen, ob dieſes Algul mit Alhage – einer gleichfalls dornichten und Manna gebenden Staude einerley, oder noch davon verſchieden ſey?*

l) Vid. ipſum l. c. p. 146. 147.

m) حَرِ شُتُرْ, KAEMPFER *Amoen. Exotic.* Faſc. IV. p. 725. Pro شتر ex errore ibi legitur شنر.

ex hac ſpina [n]). Quamobrem itinerariorum ſcriptores frequentem eius iniiciunt mentionem, quamquam haud rarius omiſſo nomine, vt rudes hiſtoriae naturalis peregrinabundos decet. Botanicis Perſarum dicitur *Aru Schirin* [o]), hoc eſt, *ſpina dulcis*, quoniam, interprete KAEMPFERO, rerum Perſicarum ſcriptore alias diligentiſſimo, eius folia in Carmania *mannam* praebent notae praeſtantiſſimae, quam Perſarum officinae appellant *terengabinam*. Rabbino PETACHIÆ, qui et ipſe has regiones peragrauit, vocatur *Kimmaſchon* [p]), nomine in libris ſacris non inuſitato, ſed

n) Hinc fortaſſis lucem accipiunt nonnulla vocabula Arabica, non ſatis hucusque in Lexicis explicata, vt عِضٌّ *frutices ſpinoſi minores*, peculiariter, *qui cedunt in pabulum camelis:* عِضَاةٌ *frutex eiusmodi:* horum fruticum ſpecies dicitur عُرْفُطٌ, ex qua ſpina res inſtar lacrymae ſtillans vocatur عِبِيبَةٌ. Ita GOLIVS p. 1594. 1597. 1509. CASTELLVS p. 2849. 2857. 2663. Quae plantae, ni fallor, earumque lachrymae cum *Albag* et *terengabina*, cognatione quadam continentur.

o) آرو شِيرِين KAEMPFER. l. cit.

p) In *Itinerario*, quod IO. CHRISTOPH WAGENSEILIVS edidit p. 191. vbi de montibus Ararat ita: וההרים מלאים קמשונים ועשבים וכשירד הטל עליהם ירד מן עליהם *Montes ſunt pleni hedyſaris* (WAGENSEILIVS pro more, at imperite *carduos* reddit) *aliisque plantis, quibus cum rore illabitur manna.*

ſed cuius vis ac poteſtas hucusque interpretes latuit q). Multo celebratius eſt nomen *Albag*, quod alii, ſoni magis, quam litterarum habita ratione, exarant *Albagi*. Id ipſum reperire mihi videor in his EBN SINAE r): *Terengabina*, inquit, *eſt ros plurimum cadens in Choraſana* s) *et Maurenabra* t), *at copioſiſſime labitur in noſtra*

q) קמשון legitur Prouerb. XXIV. 31. huicque cognatum vocabulum קימוש Eſa. XXXIV. 13. Hoſ. IX. 6. Veteres rectiſſime, quamquam non ſatis proprie reddiderunt *ſpinam*, vt *Alexandrini*, nec non *Iudaei*, qui קוצים interpretantur, vt KIMCHIVS, RASCHIVS, alii. Recentiores ex coniectura reddiderunt *carduos*, *vrticam*, et huius generis alia. *Vrticam*, eamque *vrentem maximam* CASP. BAVHINI *Pin.* 232. praeoptauit CELSIVS *Hierobotan.* II. 206. ſed nulla, niſi forte vana Rabbini BEN MELECHI auctoritate fauente. Notatio, quam in auxilium vocat, a قمش *comedit, quidquid inueniret*, ducta, vt nihil euincit, ita eſt falſiſſima. Nam mori vtriusque linguae conuenienter duci debebat a قمس. Equidem a Rabbino PETACHIA primum edoctus vix dubito, quin קימוש aut קמשון ſit *Hedyſarum Albagi* LINNAEI, planta ſpinoſa, deſertorum amantiſſima.

r) p. 262. ترنجبين هذا طل اكثر ما يسقط بخراسان وماورا النهر واكثر وقوعه في بلادنا علي الحاح *

Sed pro poſtremo vocabulo reſtituendum puto الحاج.

s) coll. HERBELOT. *Bibl. Orient.* p. 995.

t) h. e. regio trans Oxum ſita, vulgo *Transoxana* dicta, HERBELOT. p. 565.

ſtra regione [u]) *ſuper Albag.* Loco poſtremi vocabuli alii reddiderunt *carduos*, *tribulos*, *plantas ſpinoſas*, vt ANDREAS BELLVNENSIS, PLEMPIVS [x]), STAPELIVS [y]), ſed praua in codice Arabico ſcriptura decepti, quamquam ANDREAS BELLVNENSIS verum nomen non ignorauit. Nam in interpretatione nominum Arabicorum EBN SINÆ [z]): *Albaagi*, inquit, *vel Albagi ſunt arbores*, (frutices verius dicebat) *quae in regione Coraſani et regione* EBN SINAE *ſic appellantur: et ſuper eas cadit manna, dicta tereniabim.* Idem nomen Chaldaeis quoque et Talmudicis frequentatum [a]). Aliud, idque non ignobilius, eſt *Agul* vel potius *Akul*, quod alii perperam pronuntiant *Algul*

u) Non intelligitur Bactriana, vnde EBN SINAM PLEMPIVS, in *vita* eius, oriundum falſo tradit, ſed *Bochara*, vrbs Transoxanae.

x) In *translatt.* h. l.

y) Ad THEOPHR. *Hiſt. Pl.* p. 150.

z) pag. 407.

a) הגא, היגי, היגתא, quae BVXTORFIVS pro more, ſatis vago vocabulo *ſpinae* interpretatus eſt. Frequens eorum vſus in *Paraphraſibus Chaldaicis*, vt *Hiob* XXX. 7. vbi תחות היגי מתחברין *ſub hedyſaro ſe congregantes* dicuntur *Trogloditae.* Non eſſe nomen ſpinarum quarumuis, ſed certo generi proprium, ex eo apparet, quod aliis paſſim ſpinarum generibus iungitur. Quin ipſi *Talmudici Erubbin* fol. 34. 2. האטדין וההגין מין אילן הן *Lycia et Hedyſara* (vbi certe ſpina quaedam ſingularis intelligitur) arborum genera eſſe dicunt.

Algul [b]). Vtrumque iungunt RAVWOLFIVS et FLAMINIVS [c]). Hinc IOANNI BAVHINO, celeberrimo artis botanicae instauratori, dicitur *Agul* et *Alhagi*, *planta spinosa*, *mannam resipiens* [d]), DALECHAMPIO *planta spinosa*, *Maurorum Alhagi* [e]), TOVRNEFORTO *Alhagi Maurorum* RAVWOLFII [f]), illustri LINNAEO *Hedysarum Alhagi*, foliis simplicibus, lanceolatis, obtusis, caule fruticoso spinoso [g]), sed BELLONIO *genista Arabica* [h]), WHELERO *genista spino-*

b) Scribitur Arabice, quod inprimis ex peregrinantibus scire cupiebat illustris MICHAELIS, عَاقُولٌ, vocabulum CASTELLO non satis cognitum, qui interpretatus est p. 2877. *nomen herbae Myacanthae.* Vnde عقل dicitur *iumentum*, cum *plantam* عاقول *comedit.* Hanc obseruationem amicissime mecum communicauit Cel. TYCHSENIVS, Prof. linguar. orient. in academia Buetzouiensi. Idem existimabat, hoc nomen Esraidi exarari עגול Exod. XVI, 14. Sed verba כמו עגול sic reddere malim: *forma orbiculari.*

c) RAVWOLF. *Reisebeschr.* p. 89. vbi de Alepo, vrbe Syriae: *So bringen auch sonderlich die Persae, zu verkaufen in Schläuchen mit Hauffen dahin ein unbekandte Mannam, unter dem Namen Trunschibil* (hoc vero est, Terengabina,) *welche gelesen wird von einer stechenden Stauden, von den Arabern, Agul und Alhagi genennet* &c. Eadem prodidit FLAMINIVS in *Reisebeschr.* p. 41.

d) *Hist. Plant. Vniu.* I. 405.

e) *App.* 24.

f) *Coroll. Inst. Rei Herbar.* 54.

g) *Spec. Plant.* p. 745. T. II.

h) *Obseruat.* II. 66. p. 288.

ſpinoſa flore rubro [i]), CASPARO BAVHINO *geniſta ſpartium ſpinoſum foliis polygoni* [k]).

§. XXI.

Deſcriptio.

Nec deeſt ab illuſtri MICHAELIS requiſita fruticis nobiliſſimi vberior deſcriptio. Primam prodiderunt RAVWOLFIVS, FLAMINIVS et IOANNES BAVHINVS [l]). Sed multo copioſiorem dedit elegantiſſimus TOVRNEFORTVS [m]), ex eoque contractiorem GEOFFROYVS [n]), quamquam omiſſo TOVRNEFORTI nomine. Radices longae, lignoſae, quatuor vel quinque linearum craſſitudine, fuſcae, fibris vndulatis, leuiter capillatis. Caules, quibus fruticat, tres fere pedes vel cubitum alti, binas circiter lineas craſſi, ex viridi palleſcentes, laeues, duri, flexibiles, ab imo ramoſi, foliis lanceolatis, maximis, ſeptem aut octo lineas longis, tres latis, ex viridi pallidis, glabris, petiolo admodum breui ſuffixis, ad baſin acutis, ad extremum rotundatis, aut leuiter emarginatis, ſaepius cuſpidatis, a latere aculeo duro, quinque lineas vel pollicem longo, a baſi lineam craſſo, in longitudinem ſtriato, ad extremum ſubrufo

i) *Itinerar.* ex Verſ. Gall. 82.
k) *Pin.* 394.
l) Locis laudatis.
m) *Relation d'un Voyage de Levant fait par Ordre du Roi.* Tom. I. p. 123.
n) *Mater. Medic.* P. II. p. 888.

rufo munitis, rigidis. Ramulorum ſpinae minores ſunt, ex foliorum axillis prodeuntes. Quibus ramuli et caules terminantur, illae in longitudinem habent pollicem vnum cum dimidio, reliquis tenuiores. Ex ſingulis pendent flores leguminoſi, longitudine dimidii pollicis. Vexillum repandum eſt, purpureum circa medium, ad margines ſubrubrum, rotundatum, leuiter emarginatum. Alae ſunt breuiores et conſtrictiores, dilutius rubentes, introrſum purpureae, ſicut carina, quae obtuſa eſt ac paullo amplior. Haec carina inuoluit vaginam albam, fimbriatam, ſubflauis apicibus, ac tegit piſtillum longum quatuor lineas ac filamento terminatum. Calix paullo productior, lineam vnam cum dimidia longus, ſubuiridis, glaber, leuiter carinatus. Flore pereunte, piſtillum abit in ſiliquam, pollicem circiter longam, ſaepius leuiter falcatam, articulis admodum anguſtis et facile infringendis interſtinctam, ſubrufam, guſtu dulcem, glutinoſam, granorum receptaculis binas lineas craſſis. Grana ſunt fuſca, lineam longa, paullo latiora, figura parui renis, ſapore acerbo. Surculi, quibus admodum abundat, teretes et a trunco eleganti ordine hinc inde protenſi, maiore parte cuſcuta [o]) obſiti ſunt. §.XXII.

o) *Cuſcuta Epithymum* LINN. *Spec. Pl.* p.124. T. I. Haec planta Hedyſari paraſitica Talmudicis, ni fallor, vocatur הרנוגא דהיגתא *Schabb.* fol. 110. 2. THEOPHRASTO *De Cauſ. Pl.* II. 23. p. 259. et PLINIO XVI. 44. p. 310. dicitur *Cadytas*, HESYCHIO *Caſytas*, NEOPHYTO *Cades*, aliis *epithymum* vel *inuolucrum*, EBN SINAE p. 192. كشوث.

§. XXII.

Patria.

Nafcitur haec planta per omnem fere Orientem, in campis Armeniae, Georgiae, Perfiae, teftibus TOVRNEFORTO et Rabbino PETACHIA; in Chorafana, Transoxana, in primis circa vrbes Raiam, Bocharam et Zaminum, vnde Zaminae [p]) nomen *terengabina* inuenit, teftibus EBN SINA et HERBELOTO: in Carmania aliisque Perfiae partibus, praecipue circa Ispahanum, tefte KAEMPFERO et NIEBVHRIO: in Arabia Petraea, etiamfi dubitauit venerandus BVSCHINGIVS [q]), praecipue inter Sinai et Tor, tefte BELLONIO [r]) et quodammodo etiam NIEBVHRIO; in Arabia deferta, in primis circa vrbem Racam, tefte BVSCHINGIO [s]): denique in Infulis Graeciae, Tino et Scira, vbi tanquam patria extorrem, fimul praeftantiffima fua dote, *manna infecundam* obferuarunt WHELERVS et TOVRNEFORTVS [t]).

§. XXIII.

Eius dos, terengabina.

Ex hoc frutice folis ardore liquari *terengabinam*, memoriae prodiderunt RAVWOLFIVS, FLA-

p) HERELOT. *Biblioth. Orient.* p. 923.
q) *Neue Erdbefchreibung*, Th. V. Abth. I. p. 482.
r) *Obferuat.* II. 66. p. 288.
s) Ibid. p. 437.
t) Horum et reliquorum auctorum, quos modo laudaui, loca fupra funt allata.

FLAMINIVS, TOVRNEFORTVS, testes oculati. Sed orientales ipsi, quamquam excusare voluit NIEBVHRIVS, in ea opinione versantur, *terengabinam* roris instar de caelo super hanc plantam cadere. Idque non solum plebeculae persuasum est, sed doctissimis quoque viris, EBN SINAE, SERAPIONI, MESVAEO, nec non Rabbino PETACHIAE. Adeo naturae incuriosa fuit vetustas, vt fallaci sensuum arbitrio parere, quam adhibita mentis acie veram rei caussam intelligere ac peruidere mallet, adeoque priscarum opinionum tenax, vt ne oculorum quidem argumentis ad verum cognoscendum traduceretur.

§. XXIV.

Terengabinae descriptio.

Etsi plures auctores huius *mannae* mentionem fecerunt: tamen, quae vera sit eius indoles ac natura, si a FOTHERGILLIO u) discesseris, quamquam ne is quidem originem eius cognitam habuit, nemo copiose satis ac diligenter enarrauit. Duo eius genera obseruauit TOVRNEFORTVS x), alterum *mastichinum*, hoc est, simplex siue singulis granis constans: alterum *compactum* siue in massam redactum. Conueniunt inter se origine, vi, vsu, duritie, sapore. Vt enim eadem planta funduntur, ita pondere drachmarum XXV. aut XXX. *Senae* infusione liqua-

u) Loc. supra cit.

x) *Voyage du Levant*, T. I. p. 124.

liquata, pariter ad aluum laxandum ſumuntur. Sed per ſe ſumta adeo leuiter aluum emolliunt, vt Aſſyrii *caſei* loco hac *manna* veſcantur, et incolae Kurdiſtan, Moſul, Merdin, Diarbeer, Ispahan, loco *ſacchari* eadem vtantur ad coquendum. Itaque magis *ſenae*, quam *aetati*, quam vnam NIEBVHRIVS accuſandam putabat, vim emolliendi paullo maiorem debet. Praeterea admixta compactae folia, amaritudine ſua y), vi laxandi haud parum detrahere videntur. Vtrumque genus durius eſt *manna calabrina*, dentibus fragile, vt ſaccharum candi, ſapore multo minus dulci, quam calabrina, *mannam* tamen reſipiens. Ceterum multis modis alterum ab altero differt. *Terengabina maſtichina* granis cryſtallinis, rotundis, maximam partem pellucidis conſtat, ſemine coriandri aut erui nunquam maioribus, interdum minoribus, a grano maſtichis figura et pelluciditate haud multum diuerſis. *Compacta* pugni magnitudinem aequat, niſi exſuperat, figura *panis*. *Maſtichina* ex candido flauet, paullo ſaturatius, quam *maſtichis* grana: ſed *compacta* ex fuſco rubicunda eſt. Illa pura eſt ac ſincera, ſed huic admixtae ſunt ſpinae, ramulorum fragmenta, petioli, folia, ſiliquae

y) R. PETACHIAS in Itinerario p. 192. והעשבים והקמשונים מאוד מרים וכשמבשלים אותם עם המן והיו מתוקין מדבש ומכל מני מתיקה ואם היו מבשלין אותם בלא קמשונים אבריו היו מתפרדות מרוב המתיקה h. e. *Folia et rami hedyſari valde amari ſunt: quod ſi vero cum manna coquuntur, melle et quibusuis rebus aliis dulciſſimis dulciores euadunt: at manna ſine carduis cocta membra diſſoluit, propter nimiam dulcedinem.*

harumque semen, acerbum quidem illud, at inter comedendum vix sensibile, denique arena et puluis: ita, vt massae cuiuslibet pars non, nisi quarta ex manna, tres reliquae ex aliena materia conflentur: quo ipso vt vi eius insitae multum detrahitur, sic ad cibum et alimentum magis idonea redditur. Est quoque genus tertium, NIEBVHRIO memoratum, idque *oleosum*, quod quale sit, paullo post enarrabo.

§. XXV.

Modus et tempus colligendi.

Caussa tanti discriminis sita est in modo ac tempore, quo *manna* colligi solet. Quae summo mane decussa fruticibus panno excipitur, purissima est atque candidior, qualem priore loco numeraui. Sed quae exoriente sole liquefacta, foliis instar glutinis adhaeret, ea cum foliis, ramulis et seminibus decerpitur, sicque compingitur in massam: quod alterum genus erat [z]). Denique interdum folia macerantur aqua calida, qua ita dissoluitur *mannae gluten*, vt instar olei aquae innatet [a]).

§. XXVI.

z) Haec genera obseruauit quoque R. PETACHIAS l. c. p. 192. וחם השמש ונמס ומי שמלקטין בלילה אם הוא ממהין הו (rectius scribi poterat (היו ממהינין נימום אלא לוקחין המן עם הקמשונים ועם העשבים וחוהכין אותם h. e. *vbi sol incaluit, manna liquescit: vnde et noctu colligentibus, si tardant, idem accidit: proinde mannam simul cum foliis et ramis Hedysari resecatis capiunt.*

a) NIEBVHR. p. 146.

§. XXVI.
Conciliantur auctores, qui terengabinae meminerunt.

Atque haec quidem *terengabinae* differentia, auctoribus, qui huius *mannae* mentionem iniecerunt, non animaduersa, multas ac molestas peperit dubitationes, dissensiones atque errores. Vexauit ea ipsum RAVWOLFIVM, *mannae orientalis* scrutatorem alias auidissimum, sed non satis cautum. Qui cum circa Niniuem *mannam* ab ea, quam Halepi venalem conspexerat, specie diuersam obseruasset, illa, cuius generis esset, (erat autem *terengabina compacta*) subdubitauit b). IOANNES autem BODAEVS c), qui non, nisi *mastichinam* ex RAVWOLFIO cognouerat, altera *Niniuitica* non obseruata, PRO-

 SPE-

b) *Reisebeschr.* Th. II. Cap. IX. p. 113. *In der Gegend von Ninive habe ich ersehen mehr eine andere Mannam in Stücken einer Faust groß, die ist hierumb sehr gemein, und wird, wie ich berichtet worden, aus Armenia gebracht, ist an der Farb braun, in der Dicke um ein zimliches vester, und nicht so süß, als unser Calabresische, gleichwohl aber gut und lieblich zu essen. Darinnen stecken rothfarbe Kernlein, die so klein, daß man deren im Essen nicht achtet, laxiert oder lindert zwar den Leib, aber nicht so sehr, als die unsere, darumb dann die Einwohner zu Morgens deren grosse Stücke, wie die Bauern im Algouw auf dem Gebürge, des Kaeses essen. Ob aber deren auch die Araber gedenken, wann es nicht ist die Manna Algiezi,* (h. e. manna ex frutice alhag) *deren* AVICENNA *Meldung thut, weiß ich nicht, worfür sie bey ihnen zu halten.*

c) Ad THEOPHR. *Hist. Pl.* p. 150.

SPERVM ALPINVM cum illo pugnare, opinatus eſt. Sed, notata iſta differentia, ad concordiam facile reuocantur. Atque ea quidem, quam RAVWOLFIVS Halepi obſeruauit, eſt *terengabina maſtichina:* cuius autem notitiam nactus eſt Niniuae, eſt *compacta.* Secundum GARCIAE genus eſt *terengabina maſtichina,* tertium, *compacta,* ab eaque non diuerſum genus COSTAEI *Ormuſium.* ALPINI primum genus eſt *terengabina maſtichina,* quam temere *ſirachoſtae* nomine comprehendit: quod autem tertio loco memorat, eſt *terengabina compacta.* CHARDINII primum genus et HERBELOTI ſecundum eſt *terengabina maſtichina,* eademque MATTHIOLI et BAVHINI *manna orientalis maſtichina. Manna Armeniaca* IONSTONI, quam tantum nomine ſibi cognitam ſcribit, ceu vero aliae fuiſſent ipſi magis cognitae, eſt *terengabina compacta,* eademque eſt *manna* ſiue *mel caeleſte* AMYNTAE, ſupra [d]) quidem memoratum, ſed ibi nondum definitum. At de *terengabina,* nobiliſſima Aſiae *manna,* hactenus et pro eius dignitate, vt puto, ſatis.

§. XXVII.

Sirachoſta.

Vtinam vero, quibus *ſirachoſta,* quod alterum *mannae* genus EBN SINA facit, abdita iacet, tenebrae haud difficilius euaneſcant! Sed

d) Section I. p. 22.

Sed ea fuit a peregrinatoribus ſic neglecta, vt aut nihil, aut minus certe, quam fas eſſet, immo interdum pugnantia de ea traderent. Ex *concretarum*, non *liquidarum* genere eſſe, non ſolum ex notatione nominis, cuius vis ac poteſtas cernitur in *ſucco exſiccato*, ſed ex peregrinatoribus quoque, quorum nullus in *liquidarum* generibus eam numerauit, mihi quidem perſuaſum eſt. Sed id, quod eius obſcurum et incertum dico, origo eſt, indoles ac natura. KARASIVS *rorem* eſſe ait, ſolito errore contentus. FOTHERGILLIVS dubitare videtur, an hodienum in rerum natura exſtet. Leue dubium, quod vnus poterat ſoluere GARCIAS AB HORTO, qui apud Indos reperiri ſcripſit *ſiracboſtam*, ſed omiſſa eius deſcriptione, niſi quod vtribus conſeruari ait, ſapore faui mellis, nomine ab arbore, Queſt, vnde legatur, ducto. Sed primum etiam de *terengabina* valet: poſtremum vero mihi quidem videtur falſiſſimum. Arborem, Queſt, GARCIAE commentum arbitror, ex nimio ſtudio, propriam nominis vim explicandi, ne quid ignorare videretur, enatum. GARCIAE auctoritati certe tantum non tribuo, vt ea commotus, arborem vllam, vnde manet, nomine, Queſt, per Aſiam naſci credam, BAVHINO licet, IONSTONO, BODAEO, fideliter ex GARCIA relatam. HERBELOTVS *ſiracboſtam* pro *calabrina* habuit, putido errore ac documento planiſſimo, non ex auctore quodam Arabico aut Perſico, vt

plurima, ipſum haec retuliſſe, ſed ex memoria promſiſſe ſuopte ingenio efficta. Addit, *ſirachoſtam* eſſe in Perſia vſitatiſſimam, quod quidem de *terengabina* valet, de *ſirachoſta* non item. Breuiter dicam, quid ſentiam. *Siracboſta* mihi eſt *manna*, non natiua, ſed factitia, adeoque inter naturae dotes non amplius numeranda. Etenim, auctore MESVAEO, *manna* praeſertim *ſerotina*, aut quae aetate vitiata molleſcit ac liqueſcit, ſaepius per fraudem adulteratur, admixta materia aliena, ſaccharo, foliis ſenae, ſcammonio, quo videatur recentior. Quid? quod in Aegypto amylo et ſaccharo adulteratam nomine *ſirachoſtae* appellari, tradidit PROSPER ALPINVS. Componitur in craſſiores micas, goſſypii floccis perſimiles, ob id *bombycina* ab ipſo vocata. Conſtat, iisdem aliisque modis lucri cauſſa ab auaris ſeplaſiariis vitiari *mannam Calabrinam*. Quamobrem dubitari vix poteſt, quin *ſirachoſta* pro *terengabinae* adulterio habenda ſit, ex natiuarum *mannarum* numero proſcribenda.

§. XXVIII.
Manna tamariſcina.

Antequam ad tertium EBN SINAE genus progredior, quod *liquidum* eſſe, infra videbimus, ne ex ſpiſſis et concretis, quae ſupra memini, aliquod loco dimoueatur, dicenda eſt *manna* CHARDINII *tamariſcina*, memorata illa etiam MESARVGIO apud SERA-

PIO-

PIONEM [e]). Nomen traxit ab arbore *tamarisco* non *tamarindo*, vt satis imperite prodiderunt auctores historiae vniuersalis [f]). *Tamariscus* autem non Germanica aut Gallica intelligenda est, sed quam *Aegyptiae* nomine descripsit PROSPER ALPINVS [g]). Arabibus vulgo *Atel* siue *Asl* dicitur [h]), Ebraeis *Eschel* [i]), aduersante licet OLAO CELSIO [k]). Est arbor pulcra, recta, excelsa, ad oleae, saepius quercus, magnitudinem, praecipue supra Aegyptum in loco, *Sabit* dicto, excrescens, atque, auctore ZAMACHSCHARIO [l]), aculeata. Folia fert viridia, vulgaris *tamarisci* foliis proxima, sed longiora et tenuiora, apparentque multa capillamenta, qualia in aliquibus equisetis visuntur, ramis ex viridi rubidioribus appensa, semper virentia. Fructus fert paucos, raros, virides, nucum magnitudine, duros, lignosos, absque nu-

I 5 cleo,

e) Cap. 45.

f) P. IV. p. 78.

g) Plant. Aegypt. II. 26. coll. C. BAVHIN. Pin. 485. IO. BAVHIN. Hist. Vniu. Plant. I. 352. GRON. Fl. Or. p. 36. n. 11. LINNAEVS hanc arborem in *Sp. Pl.* siluit, meminit tamen in *Fl. Pal.* 453.

h) أَثْل vid. GOL. Lex. Arab. p. 21. CASTELL Heptagl. p. 254. ELMACHIN. Hist. Sarac. p. m. 16. ed. 8. SERAPIO. fol. 45.

i) אשל, consentiente Rabb. IONA in *Miclal Iophi* ad Genes. XXI. 23. 1 Sam. XXII. 6. et apud KIMCHIVM in *libro Radicum*.

k) *Hierobot.* I. 536. 537.

l) Ap. GOL. p. 22.

cleo, gallis natura proximos. Figura ſunt omnes aſperi, ceterum inaequales, alii longi, alii breues, alii rotundi, alii lati, alii graciles, alii denique craſſi, guſtu adſtringente, nomine *Kiſmaſeg* [m]), non *Chermaſel*, vti poſt BELLONIVM [n]), perperam ſcripſere multi. Ligni haud vulgaris, maxime olim, in medicina vſus [o]), nec poenitendum mercimonium. Ex iisdem faciunt paropſides, pocula, carbones, quibus, arborum ad cremandum inops, tota Aegyptus et Arabia vtitur: vt et ipſi Iſraëlitae haec deſerta peragrantes haud mediocrem inde variis modis capere poſſent vtilitatem. Creſcit quidem in locis humidis prope flumina, ſed maxime in aridis ac ſabuloſis, vbi nulla alia reperitur arbor [p]). Abundiſſime frequentat Aegyptum [q]), Meſopotamiam, Euphratem [r]), Syriam, Arabiam deſertam ac Petraeam [s]), praecipue in conuallibus, quas pluuia caeleſtis interdum rigat [t]), in vicinia aquarum amararum [u]), quarum Exod. XV. 23. mentio ſit, ad tor-

m) كزمازج coll. CELS. l. cit.

n) *Obſeruatt.* II. 26.

o) PLIN. Hiſt. Nat. XXIV. 9. Sect. 42. p. 330. IO. BAVHIN. Hiſt. I. 352. 353.

p) IONST. Hiſt. Nat. arbor. II. 238.

q) PROSP. ALPIN. l. cit.

r) RAVWOLF. II. 2. p. 160. al. p. 147. 44.

s) BELLON. l. c. DIOSC. I. 117. WANSLEB. Voyag. 97. IBN ALVARDI p. 73.

t) BVSCHING. Geogr. V. 1. p. 480.

u) BVSCHING. l. cit. p. 472.

torrentem *Gorandal* [x]), et in alia quadam valle [y]) diurni itineris interuallo ab isto dissita.

§. XXIX.

Mannae tamariscinae descriptio.

De ratione *mannae tamariscinae* ex CHARDINIO hoc tantum accepimus, esse in modum granorum, *terengabinae* et facie et vsu proximam, adeoque concretam, non liquidam, quale tantum eius tertium genus est. Mederi tussi et asperitati pectoris, MESARVGIVS apud SERAPIONEM pronuntiat [z]). Praeterea BREITENBACHIVS, FELIX FABRI, TVCHERVS, WORMBSERVS, NEITZSCHITZIVS, HARANTIVS, nobiles peregrinatores, in vallibus, montem *Sinai* et *Horeb* cingentibus, mense augusto et septembri prodiderunt *mannam* reperiri, quam et monachi, et Arabes, de arborum ramis, de plantis et lapidibus colligant, exiguis granis candidis, sed, vbi compingantur in massam, resinae similem. Allatam ab Arabibus in cibum, HARANTIVS eiusque comites sumserunt, gustuque dulcem et suauem experti sunt. Quae cuius plantae lacryma esset, num *akulis*, an *tamarisci*, an denique *acaciae*, dubitat venerandus BVSCHINGIVS [a]), vt tamen praeoptet, arbo-

x) Ibid. y) Ibid. 473. z) Cap. 45.

a) Geogr. V. 1. p. 482.

arborem poſtremam. At vero *acaciae lacryma*, vt ipſe nouit, eſt *gummi Arabicum*, quod nunquam *mannae* nomine venit: nec gummi illud ſapore dulce eſt ac ſuaue, qualis illa a peregrinatoribus memorata *manna*. Pro plantae *akulis* autem ſucco haberi nequit (quamquam hanc quoque in ea regione naſci, ſupra oſtendi), propterea, quod de arborum foliis colligebatur, vnde ſine dubio in plantas ſubiectas et lapides defluxit. Relinquitur ergo, *mannam* fuiſſe *tamariſci*.

Quae autem ſunt *reliqua mannae orientalis genera*, alio tempore [b]) perſequar. Nam haec pro inſtituto ſatis.

b) Sed ſpes deſtituit: Morte enim praematura abreptus opus perficere non potuit. G.



INDEX.





INDEX.

A.

C.

Cinaedi,

Mon-



